ELEMENTA LATINA:

OR,

THE MOST NECESSARY PARTS OF

LATIN GRAMMAR;

DRAWN UP IN

LATIN RULES

EXACTLY CORRESPONDING WITH THE

ENGLISH INTRODUCTION.

WITH AN

APPENDIX,

CONTAINING THE

DERIVATIONS of the ſeveral TECHNICAL TERMS,

AND LISTS OF THE

IRREGULAR NOUNS and HETEROCLITES.

FOR THE USE OF THE MIDDLE FORMS.

WARRINGTON:
Printed by W. EYRES, for T. LOWNDES, Fleet-Street, LONDON.
MDCCLXXVII.

EducT 2091.77.4

HARVARD COLLEGE LIBRARY
GIFT OF
GEORGE ARTHUR PLIMPTON
JANUARY 25, 1924

DECLINATIONES SUBSTANTIVORUM.

* Muſa, magiſter, dominus, regnum, honor, lex, opus, gradus, facies.

	Sin.						*Pl.*					
	N.	G.	D.	A.	V.	A.	N.	G.	D.	A.	V.	A.
1.	a	æ	æ	am	a	a	æ	arum	is	as	æ	is
2.	er	i	o	um	er	o	i	orum	is	os	i	is
	us	i	o	um	e	o	i	orum	is	os	i	is
	um	i	o	um	um	o	a	orum	is	a	a	is
3.	or	is	i	em	or	e	es	um	ibus	es	es	ibus
	x	is	i	em	x	e	es	um	ibus	es	es	ibus
	us	is	i	us	us	e	a	um	ibus	a	a	ibus
4.	us	ûs	ui	um	us	u	us	uum	ibus	us	us	ibus
5.	es	ei	ei	em	es	e	es	erum	ebus	es	es	ebus

DECLI-

* SUBSTANTIVA ANOMALA.

GEORGIUS, filius, genius V. i. Rete, animal, calcar Ab. i. *Sed* far, par, jubar, nectar, hepar, Prænestе Ab. e *regularitèr*.

Nubes, vallis, mas, mons, merx G. pl. ium: *Sed* vates, canis, juvenis, panis, volucris & opes um.

Adde anima, dea, equa, filia, liberta, mula, nata, D. & Ab. pl. is & abus: Pater-familias & mater-familias *antiquum obtinent*.

DECLINATIONES GRÆCO-LATINÆ.

	N.	G.	D.	A.	V.	A.
1.	Æne-as	æ	æ	am *v.* an	a	a
	Anchiſ-es	æ	æ	en	e	e *v.* a
	Epitom-e	es	e	en	e	e *
2.	Del-os	i	o	on	e	o
	Ili-on	i	o	on	on	o
2. & 3.	Orph-eus	ei *v.* eos	eo *v.* ei	eum *v.* ea	eu	eo
3.	Arcas	adis *v.* ados	adi	adem *v.* ada	as	ade †
	Daphn-is	idis *v.* idos	idi	im *v.* in	i	ide
	Phill-is	idis *v.* idos	idi	ida *v.* idem	i	ide
	hæreſ-is	is, ios *v.* eos	i	im *v.* in	i	i
	chel-ys	yos	yi	yn & ym	y	ye *v.* y
4.	Mant-o	us	o	o	o	o

DECLI-

SUBSTANTIVA ANOMALA.

Adulter, gener, puer, preſbyter, ſocer, Mulciber, Liber, *retinent* e; *cætera abjiciunt.* Deus V. o deus & *pluraliter* ei & ii eis & iis. Fluvius O fluvius *Atticè.*

Tibris, Bætis, Bilbilis, Serapis Ac. im Ab. i.

Buris, vis, ſinapis, cucumis, amuſſis, ravis, ſitis, tuſſis, Mephitis, gummis, cannabis Ac. im Ab. i.

Aqualis, clavis, lens, pelvis, febris, puppis, ſementis, turris, navis Ac. im & em Ab. i & e.

Reſtis, cutis, em & im Ab. e; ſecuris, ſtrigilis em & im Ab. i.

Aprilis, October Ac. em Ab. i.

Bipennis, molaris, canalis Ac. em Ab. i: *excipe* rudis, juvenis, Ab. e; *et* familiaris, natalis, rivalis, ſodalis, volucris, e *v.* i; *potiùs* i.

* Pl. ut Muſa. † Ac. pl. adas.

Addi

*DECLINATIONES ADJECTIVORUM.

Bonus, niger, triſtis, felix.

		Sin.						*Pl.*					
		N.	G.	D.	A.	V.	A.	N.	G.	D.	A.	V.	A.
1.		us	i	o	um	e	o	i	orum		os	i	
		a	æ	æ	am	a	a	æ	arum	is	as	æ	is
		um	i	o	um	um	o	a	orum		a	a	
		er	i	o	um	r	o	i	orum		os	i	
		a	æ	æ	am	a	a	æ	arum	is	as	æ	is
		um	æ	o	um	um	o	a	orum		a	a	
2.		is			em	is		es			es	es	
		e	is	i	e	e	i	ia	ium	ibus	ia	ia	ibus
					em			es			es	es	
3.		ix	is	i	x	x	e v. i	ia	ium	ibus	ia	ia	ibus

COM-

Adde finis, occiput, rus, ſupellex, tridens, pugil, vigil, Carthago, e *v.* i: Amnis, anguis, avis, civis, claſſis, fuſtis, ignis, imber, orbis, poſtis, ſors, unguis &c. e *v.* i; *potiùs* e.

Cliens, cohors, caro, cos, dos, glis, lar, linter, lis, mus, nix, nox, os oſſis, Quiris, Samnis, uter, vires G. pl. ium: Bos boum D. & Ab. bobus & bubus.

Acus, arcus, artus, lacus, partus, quercus, Specus, tribus, D. & Ab. pl. ubus: Portus, genu, veru ibus & ubus.

Res, dies *integra nomina:* acies, facies, ſpecies, ſpes, effigies *tres ſimiles caſus in plurali ſolùm habent.*

Thyeſtes V. a. Pelides, Aceſtes, Achates, &c. *ſunt primæ: cætera in es tertiæ.*

Androgeos, Athos, Achilles *v.* Achilleus, Dido, *& ſacrum nomen* Jesus *peculiariter inflectuntur.*

*ADJECTIVA ANOMALA.

UNUS, ſolus, totus, ullus, nullus, alter, uter, neuter, alius; G. ius D. i: alius *etiam* N. aliud.

*COMPARATIO ADJECTIVORUM.

Doctus, niger, triſtis, felix.

us, ior, iſſimus. || er, rior, rrimus.

CON-

ADJECTIVA ANOMALA.

Excipe etiam ambo, duo, tres, quatuor, centum; melior.

Adde aſper, exter, gibber, lacer, liber, miſer, proſper, tener, Iber, Opifer, laniger *quæ retinent* e; *cætera abjiciunt*: dexter *et retinet et rejicit* e.

Acer, alacer, celer, celeber, volucer, ſalúber, campeſter, pedeſter, equeſter, paluſter, ſylveſter, N. er, is, e; *vel* is, e: *in cæteris ut* triſtis.

Dives, hoſpes, ſuperſtes, ſoſpes, pubes *v.* puber, impuber, pauper, compos, impos, tricorpor, tripes, concolor Ab. e.

Memor, par, compar, impar, diſpar Ab. i.

Celer, conſors, compar, diſpar, impar, inops, memor, &c. G. pl. um.

Pauper, memor, &c. *carent neutro* pl. Victrix & ultrix *ſunt ſolummodo fœminina* S. *fœm. & neutra* Pl.

Dardanis, Pelaſgias *fœminina adjectiva.* Plus *Dativo caret.*

*COMPARATIO ANOMALA.

AGILIS, facilis, gracilis, humilis, ſimilis, imbecillis Sup. illimus: pius, magis pius, maxime pius: bonus, malus, magnus, parvus, multus *peculiariter comparantur.*

Maledicus, benevolus, munificus, multiloquus --- entior entiſſimus: mirificus entior, entiſſimus & mirificiſſimus.

Anomala ſunt dexter, exter, finiſter, inferus, poſterus, ſuperus, vetus, maturus, nequam: Citerior, deterior, interior, ocyor, potior, prior, propior, ulterior: Bellus, diverſus, fidus, &c.: adoleſcens, ingens, diuturnus, &c.: anterior, ſequior, ſatior: Pudibundus, legitimus, &c.

PRO-

CONJUGATIONES VERBORUM.

Amo, moneo, lego, audio.

Indicativ.

		Præſ.	Imp.	Perf.	Plup.	Fut.
a.	1.	o	ábam	ávi	áveram	ábo
	2.	eo	ébam	ui	úeram	ébo
	3.	o	ébam	i	eram	am
	4.	io	iébam	ívi	íveram	iam
p.	1.	or	ábar	átus ſum	átus eram	ábor
	2.	eor	ébar	ítus *v.*	ítus *v.*	ébor
	3.	or	ébar	ctus fui	ctus fue-	ar
	4.	ior	iébar	ítus	ítus ram	iar

Imperativ. Præſ.

a.	1.	á áto
	2.	e éto
	3.	e ito
	4.	i íto
p.	1.	áre átor
	2.	ére étor
	3.	ĕré ĭtor
	4.	íre ítor

PRONOMINA.

EGO, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic, is, quis, qui, meus, tuus, ſuus, noſter, veſter, noſtras, veſtras, cujas: Aliquis, &c. quiſquis, idem, quidam.

Egomet, quiſque, unusquiſque, quiſquam, &c.

		Præſ.	Imp.	Perf.	Plup.	Fut.
Potential.	a.	1. em	árem	áverim	aviſſem	avero
		2. eam	érem	uerim	uiſſem	uero
		3. am	ĕrem	erim	iſſem	ero
		4. iam	írem	iverim	iviſſem	ivero
	p.	1. er	árer	atus ſim	atus eſſem	atus ero
		2. ear	érer	ĭtus v.	ítus v.	itus v.
		3. ar	ĕrer	ctus fue-	ctus fu-	ctus fuero
		4. iar	írer	ítus rim	itus iſſem	itus
Infinitiv.	a.	1. áre	*idem*	aviſſe	*idem*	atúrum eſſe
		2. ére	——	uiſſe	——	ĭturum v.
		3. ĕre	——	iſſe	——	ctúrum fu-
		4. íre	——	iviſſe	——	iturum iſſe
	p.	1. ári	——	atum eſſe	——	atum iri
		2. éri	——	ĭtum v.	——	itum iri
		3. i	——	ctum fu-	——	ctum iri
		4. íri	——	ítum iſſe	——	itum iri

G. 1. andi ando andum
2. endi endo endum
3. endi endo endum
4. iendi iendo iendum

S. atum atu
itum itu
ctum ctu
ítum itu

P. ans aturus
ens iturus
ens cturus
iens iturus

VERBA ANOMALA.

	Præſ.	Imp.	Perf.	Plup.	Fut.
Indicativ.	Sum	eram	fui	fueram	ero
	Poſſum	póteram	potui	potueram	potero
	volo	volébam	volui	volueram	volam
	nolo	nolébam	nolui	nolueram	nolam
	malo	malébam	malui	malueram	malam
	edo	edébam	edi	ederam	edam
	fio	fiébam	factus	factus	fiam
	fero	ferébam	tuli	tuleram	feram
	feror	ferébar	latus	latus	ferar
	Eo	ibam	ivi	iveram	ibo
	Queo	quibam	quivi	quiveram	quibo

Impe-

Imperativ. Pref.

sis es esto
noli nolito
ede ito *v.* es esto
fi fito
fer ferto
ferre fertor
i ito

Not. Possum, volo, malo, queo *carent imperativo.*

Potential.

Præs.	Imp.	Perf.	Plup.	Fut.
sim	essem *v.* forem	fuerim	fuissem	fuero
possim	possem	potuerim	potuissem	potuero
velim	vellem	voluerim	voluissem	voluero
nolim	nollem	noluerim	noluissem	noluero
malim	mallem	maluerim	maluissem	maluero
edam	ederem *v.* essem	ederim	edissem	edero
fiam	fierem	factus	factus	factus
feram	ferrem	tulerim	tulissem	tulero
ferar	ferrer	latus	latus	latus
eam	irem	iverim	ivissem	ivero
queam	quirem	quiverim	quivissem	quivero

Infinitiv.

Esse	*idem*	fuisse	*idem*	futurum esse *v.* fuisse
posse	—	potuisse	—	*car.*
velle	—	voluisse	—	—
nolle	—	noluisse	—	—
malle	—	maluisse	—	—
edere *v.* esse	—	edisse	—	esurum
fieri	—	factum esse *v.* fuisse	—	factum iri
ferre	—	tulisse	—	laturum
ferri	—	latum esse *v.* fuisse	—	latum iri
ire	—	iviſſe	—	iturum
quire	—	quivisse	—	car.

G. volendi, do, dum
nolendi, do, dum
malendi, do, dum
edendi, do, dum
ferendi, do, dum
eundi, do, dum

S. esum esu
latum, u
itum, u

P. volens
nolens
malens
edens esurus
ferens laturus
iens iturus

VERBUM IN IO IIIiæ.

Fugio, icbam, i, eram, iam; e ito; iam, erem, erim, issem, ero, ere isse, iturum esse *v.* fuisse, &c.

PERSONÆ.

	3.	1.	2.	3.	P. 1.	2.	3.	S. 1.	2.	3.
Præs. 1.	o	as	at	amus	atis	ant	or	aris *v.* are	átur	
							P. 1.	2.	3.	
							amur	amini	antur	
2.	eo	es	et	émus	etis	ent	eor	eris *v.* ere	etur	
							emur	emini	entur	
3.	o	is	it	ĭmus	ĭtis	unt	or	eris *v.* ere	ĭtur	
							ĭmur	imini	untur	
4.	io	is	it	ímus	ítis	iunt	ior	íris *v.* ire	ítur	
							ímur	ímini	iuntur	

Fut.

	S. 1.	2.	3.	P. 1.	2.	3.	S. 1.	2.	3.
Fut. Ind.	o	is	it	imus	itis	unt	or	eris *v.* ere	itur
							P. 1.	2.	3.
							imur	imini	untur
	am	es	et	émus	étis	ent	ar	eris *v.* ere	étur
							émur	émini	éntur

Fut. Pot.	o	is	it	imus	itis	int
Perf.	**i**	**isti**	**it**	**imus**	**istis**	**erunt *v.* ere.**

Cæt. Temp.	im	is	it	imus	itis	int.		
	am	as	at	amus	atis	ant	ar áris *v.* áre atur	
							amur amini antur	
	em	es	et	emus	etis	ent	er eris *v.* ere etur	
							emur emini entur	

Imp. a.	a	ato	et	ato	emus	ate	atote	ent	*v.* anto
	e	eto	eat	eto	eamus	ete	etote	eant	*v.* ento
	e	ĭto	at	ĭto	amus	ite	itote	ant	*v.* unto
	i	íto	iat	íto	iamus	ite	itote	iant	*v.* iunto

Imp. p.	are	ator	etur	ator	emur	amini	aminor	entur	antor
	ere	etor	eatur	etor	eamur	emini	eminor	eantur	entor
	ĕre	itor	atur	ĭtor	amur	imini	iminor	antur	untor
	ire	ítor	iatur	ítor	iamur	imini	iminor	iantur	iuntor

PER-

PERSONÆ ANOMALÆ.

Indic. pref.

Sum	es	eſt	ſumus	eſtis	ſunt
poſſum	potes	poteſt	poſſumus	poteſtis	poſſunt
volo	vis	vult	volumus	vultis	volunt
nolo	nonvis	nonvult	nolumus	nonvultis	nolunt
malo	mavis	mavult	malumus	mavultis	malunt
edo	edis *v.* es	edit *v.* eſt	edimus	editis *v.* eſtis	edunt
fio	fis	fit	fimus	fitis	fiunt
fero	fers	fert	ferimus	fertis	ferunt
feror	ferris *v.* ferre	fertur	ferimur	ferimini	feruntur
eo	is	it	imus	itis	eunt
queo	quis	quit	quimus	quitis	queunt

Imp.

Sis es eſto;		fit eſto:	ſimus	eſte eſtote,	ſint ſunto
noli nolito				nolite nolitote	
ede edito *v.*		edat	edamus	edite editote	edant
es eſto		edito *v.* eſto		*v.* eſte eſtote	edunto
fi fito		fiat fito	fiamus	fite fitote	fiant fiunto
fer ferto	ferat ferto		feramus	ferte fertote	ferant ferunto
i ito		eat ito	eamus	ite itote	eant eunto
ferre fertor	feratur fertor		feramur	imini iminor	antur untor

GENERA NOMINUM.

REGULÆ WESTMINSTERIENSES.

I. Significatione.

NOMINA, quæ maribus dantur, ſunt maſcula: quodvis
Sic nomen *venti* et *menſis*, ſic *montis* et *amnis*.
At quæ femellis dantur, muliebria: ſic et
Arboris & *plantæ* nomen, *regionis* et *urbis*;
Accedant turbæ *ratis*, *inſula*, *gemma*, *poema*.

II. Terminatione Declinationum.

Nomina in *a*, *e* primæ muliebria: maſcula at *as*, *es*.
Maſcula *us*, *os*, *r*, verùm *on*, et *um* ſunt neutra, ſecundæ.
Tertiæ *or*, *er*, *o*, *n*, *os* maſcula: et *as*, *aus*, *es*, *x*,
Impurum *s*, *is*, *ys*, *do*, *go*, *io* muliebria: verùm
C, *ar*, *ur*, *us*, *ma*, *men*, *e*, *l*, *t* ſunt denique neutra.
Us quartæ mas eſt: neutrum *u*: quintæ *es* muliebris.

EXCEP-

EXCEPTIONES.

MASCULINA.

Verùm ex arboribus ; mas *rhamnus*, mas *oleaſter* :
Atque locis ; *Sazon*, *Pontus* ſimul atque *Canopus*.
Maſcula fœmineo ſunt fine : *cometa*, *planeta*,
Adria. Sic *Agragas*, *adamas*, *elephas*que per antis
Flexa : *ames*, *ceſpes*, *fomes*, cum *gurgite*, *limes*,
Merges, *pes*, *paries*, *palmes*, cum *poplite*, *ſtipes* ;
Termes, *trames*, *acina*-que-*ces* accedere gaudent.
Adde *tapes*, *magnes*que, *lebes*, *herpes*que per etis
Flexa ; *meri*-que-*dies* quintæ, quod poſcit *iei*.
Axis, *aqualis*, *callis*, *caulis*, *collis*, et *enſis*,
Et *cucumis*, *crinis*, *cenchris* cum denotat anguem,
Et *faſcis*, *fanis*, *fuſtis*, *follis*que, *lienis*,
Ignis, *mugilis*, et *natalis* ; junge *molaris*,
Menſis, *piſcis*, *poſtis*, *panis*, *penis*, et *orbis*,
Torris, *vectis*, *vermis*, et *unguis* ; et aucta novato
More *lapis*, *vomis*, *pellis*, *glis*, denique *ſanguis*.
Additur his *ax* Graiûm ut *abax* : *thorax*que per acis
Flexus, *apex*, *caudex*que, *culex*, cum *codice*, *cimex*,
*Grex*que, *frutex*que, *latex*, cum *pantice* *podex*,
Et *pollex*, *pulex*, *ramex*, cum *ſorice*, *vertex*,
Vortex : atque *calix*, *fornix* ; his denique *tradux*,
Atque *calyx* & *oryx* & *onyx* ; *phœnix*que per icis
Flexilis, et *ſpadix* icis, *volvox*que per ocis :
Pro vermi et *bombyx* ycis, *coccyge* jugato.
As cum compoſitis et partibus ; ut *centuſſis*. [quædam
Fons quoque *mons*, *pons*, *grypsque*, *chalybs* *ſeps* viper
Atque *merops*, et *epops* et *helops*, *hydrops*que per opis
Flexus, *dens*, *orieus*, *torrens*que, *bidens*que ligonem
Significans, *nefrens* dans-frendis ; et *harpago*, *cardo*,
Ordo, et *tendo* : ſic *udo*, *ligo*, *cudo*, per onis.
Junge in *io* numerum corpuſque notantia, ſicut

Pugi

*Pugio, ſcipio, ternio, papilio*que
Unio, curculio, titio, flectenda per onis.
Adde *tripus, polypus, lepus,* et *ſalar,* (aris;) et addes
Denique *mus, ſal, ſol, furfur,* cum *turtare, vultur.*

FÆMININA.

Sunt muliebria *humus, vannus,* cum *carbaſus, alvus:*
Et graiâ de ſtirpe *pharus, dialectus, eremus,*
Antidotus, ſynodus, methodus, diphthongus, abyſſus.
Adde *eos, arctos, perimetros,* cum *diametros.*
Arbor, cos, caro, dos, halo halonis; quinque per utis
Flexa, *ſalus, virtus*que, *juventus,* atque *ſenectus,*
Servi-que-*tus: ſubſcus, incus*que, *palus*que, per udis.
Alcy-que-*on, ſindon, icon:* accedat *aëdon.*
Ex quartâ his accedunt pauca: *manus, tribus, Idus,*
Porticus, atque *domus,* pro fructu *ficus, acus*que.

NEUTRA.

Arborum erunt hæc neutra: *ſiler,* cum *ſubere, robur,*
Tilus, acer. Et *pelagus, virus, chaos, Argos,* et *inguen,*
Gluten, pollen, et *unguen,* et *uber, iter*que, *cadaver,*
Ver, ſpinther-eris, *tuber* quoque, ſive tumorem
Seu fungum referens; et fructûm nomina, *laſer,*
Zinziber, atque *laver, cicer,* et *piper,* atque *papaver;*
Nec non omne quod exit in *um*; atque inflexile nomen;
Æquor, ador, cor, marmor, os oſſis & oris adhærent:
Nepenthes quoque, et *hippomanes, panaces, cacoethes,*
*Æs, vas: as*que *atis; artocreas* ſatis indicat unum.

COMMUNIA SENSU & CONSTRUCTIONE.

Structurâ et ſenſu pauca hæc communia ſunto;
Augur & *antiſtes, juvenis, conviva, ſacerdos*

Flexilis in dotis, *cuſtos* cuſtodis, et *auctor*
Auctoris, *ſus*, *nemo*, *parens*, *patruelis*, et *hæres*
Hæredis, *vindex*, *judex*, *dux*, *miles*, & *hoſtis*,
Muni-que-*ceps*, *vates*, *adoleſcens*, *civis*, & *infans*,
Bos, *comes*, *interpres*, *teſtis*, *canis*, adjice *conjux*,
*Affinis*que, *cliens*, *princeps*, *præs*, *martyr*, & *obſes*.

Communia sensu.

Primæ compôſta ex verbis communia ſenſu,
At non ſtructurâ cernes ; velut *advena* monſtrat :
His etiam adjicies *verna*, *auriga*, et (duo flexa per egis)
Illex, *exlex* ; adde *ſenex*, *homo*, *fur*que, *ſodalis*,
Auceps, *præſes*, *eques*, *pedes*, et *pugil*, *hoſpes* et *exul*,
Præſul, et *extorris*, nec non *opifex* et *aruſpex*.

Dubia.

Arborum erunt dubii generis vocabula quinque,
Nempe *larix*, *lotus*, *cytiſus*, *rubus*, atque *cupreſſus*.
Sic *balanus*, *groſſus*que, *phaſelus*, *barbitus*, *ales*,
Linter, *calx*, *hyſtrix*, *imbrex*que, *rumex*que, *ſilex*que,
Sardo-que-*nyx*, et *adeps* ; *ſerpens*, *ſtirps*, *finis* & *anguis*,
Scrobs, *clunis*, *torquis*que, *palumbes*, atque *canalis* ;
Adde *dies* ; numero tantùm mas eſto ſecundo.
Mas magè *bubo* ; *rudens*, *margo*, *cinis*, atque *camelus*,
Obex, *cortex*, *pumex*, *varix*, *pulvis* et *amnis*.
Fæminei generis magè *dama* ; et *talpa*, *atomus*, *grus*,
Lynx, *ſandyx*, *limax*, (acis) *perdix*que, (per icis)
Atque *colus*, *corbis* ; neutrum modò, mas modò *vulgus*.
At *penus* et *ſpecus* atque *animans* genus omne capeſſunt.

II. REGULÆ LILLIANÆ.

Regulæ Generales.

PROPRIA, quæ maribus tribuuntur, masculа dicas:
Ut sunt divorum; *Mars, Bacchus, Apollo:* virorum;
Ut, *Cato, Virgilius:* fluviorum; ut, *Tibris, Orontes:*
Mensium; ut *Octobor:* ventorum; ut, *Libs, Notus, Auster.*
Propria foemineum referentia nomina sexum
Foemineo generi tribuuntur: sive dearum
Sunt; ut, *Juno, Venus:* muliĕrum; ceu, *Anna, Philotis:*
Urbium; ut, *Elis, Opus:* regionum; ut, *Græcia, Persis:*
Insulæ item nomen; ceu, *Creta, Britannia, Cyprus.*
Excipienda tamen quædam sunt urbium: ut ista
Masculа; *Sulmo, Agragas:* quædam neutralia; ut *Argos,*
Tibur, Prænestе: et genus *Anxur* quod dat utrumque.
Appellativa arborum erunt muliebria: ut, *alnus,*
Cupressus, cedrus. Mas *rhamnus,* mas *oleaster;*
Et sunt neutra, *filer, suber, thus, robur, acér*que.
Attamen ex cunctis supra, reliquisque, notandum,
Omne quod exit in *um,* seu Græcum sive Latinum,
Esse genus neutrum; sic invariabile nomen.

Prima regula specialis.

NOMEN non crescens genitivo; ceu, *caro carnis,*
Capra capræ, nubes nubis; genus est muliebre.

Masculina excepta.

Masculа nomina in *a* dicuntur multa virorum:
Ut, *scriba, assecla, scurra,* et *rabula, lixa, lanista.*
Masculа, Græcorum quot declinatio prima
Fundit in *as,* et in *es,* et ab illis quot per *a* fiunt:
Ut, *satrapas, satrapa; athletes, athleta.* Leguntur
Masculа item, *verres, natalis, aqualis:* ab *asse*
Nata; ut, *centussis:* conjunge *lienis,* et *orbis,*

Callis, *caulis*, *follis*, *collis*, *menſis*, et *enſis*,
Fuſtis, *funis*, *cenchris*, *panis*, *crinis*, et *ignis*,
Caſſis, *faſcis*, *torris*, *ſentis*, *piſcis*, et *unguis*,
Et *vermis*, *vectis*, *poſtis*, ſocietur et *axis*.
Maſcula in *er*; ceu *venter*: in *os*, vel *us*; ut, *logos*, *annus*.
Foeminei generis ſunt, *mater*, *humus*, *domus*, *alvus*,
Et *colus*, et quartæ pro fructu *ficus*, *acuſque*,
Porticus, atque *tribus*, *ſocrus*, *nurus*, et *manus*, *idus*;
Huc *anus* addenda eſt, huc myſtica *vannus Iacchi*.
His jungas *os* in *us* vertentia Græca; *papyrus*,
Antidotus, *coſtus*, *diphthongus*, *byſſus*, *abyſſus*,
Cryſtallus, *ſynodus*, *ſapphirus*, *eremus*, et *Arctus*,
Cum multis aliis, quæ nunc perſcribere longum eſt.

Neutra excepta.

Neutrum nomen in *e* ſi gignit *is*; ut, *mare*, *rete*:
Et quot in *on* per *i* flexa legas, ut *barbiton*, adde.
Eſt neutrum *hippomanes* genus, et neutrum *cacoëthes*,
Et *virus*, *pelagus*: neutrum modò, mas modò *vulgus*.

Dubia excepta.

Incerti generis ſunt, *talpa*, et *dama*, *canalis*,
Et *cytiſus*, *balanus*, *finis*, *clunis*, *penus*, *amnis*,
Pampinus, et *corbis*, *linter*, *torquis*, *ſpecus*, *anguis*,
Pro morbo *ficus fici* dans, atque *phaſelus*,
Lecythus, ac *atomus*, *groſſus*, *pharus*, et *paradiſus*.

Communia excepta.

Compoſitum a verbo dans *a* commune duorum eſt:
Grajugena a gigno, *agricola* a colo, id *advena* monſtrat
A venio. Adde *ſenex*, *auriga*, et *verna*, *ſodalis*,
Vates, *extorris*, *patruelis*, *perque duellis*,
Affinis, *juvenis*, *teſtis*, *civis*, *canis*, *hoſtis*.

Secunda regula specialis.

NOMEN, creſcentis penultima ſi genitivi
Syllaba acuta ſonat; velut hæc *pietas, pietatis,*
Virtus virtutis, monſtrant; genus eſt muliebre.

Maſculina excepta.

Maſcula dicuntur monoſyllaba nomina quædam,
Sal, ſol, ren, et *ſplen, Car, Ser, vir, vas, vadis, as, mas,*
Bes, Cres, præs, et *pes, glis gliris* habens genitivo,
Mos, flos, ros, et *Tros, mus, dens, mons, pons,* ſimul et *fons,*
Seps pro ſerpente, *gryps, Thrax, rex, grex gregis,* et *Phryx.*
Maſcula ſunt etiam polyſyllaba in *n*; ut, *Acarnan,*
Lichen, et *delphin:* et in *o* ſignantia corpus;
Ut, *leo, curculio,:* ſic, *ſenio, ternio, ſermo.*
Maſcula in *er, or,* et *os*; ceu, *crater, conditor, heros:*
Sic, *torrens, nefrens, oriens,* cum pluribus in *dens,*
Quale *bidens* quando pro inſtrumento reperitur:
Adde *gigas, elephas, adamas, Garamáſque, tapéſque,*
Atque *lebes,* ſic et *magnes,* unumque *meridies* nomen quintæ: et quæ componuntur ab *aſſe*;
Ut, *dodrans, ſemis:* jungantur maſcula *Samnis,*
Hydrops, et *thorax;* jungas quoque maſcula *vervex,*
Phœnix, et *bombyx* pro vermiculo. Attamen ex his
Sunt muliebre genus, *Siren,* nec non *ſoror, uxor.*

Neutra excepta.

Sunt neutralia et hæc monoſyllaba nomina; *mel, fel,*
Lac, far, ver, cor, æs, vas vaſis, os oſſis, et *cris,*
Rus, thus, jus, crus, pus: et in *al* polyſyllaba, in *ár*que;
Ut, *capital, laquear:* neutrum *al-ec -ex* muliebre.

Dubia

Dubia excepta.

Sunt dubii generis, *ſcrobs*, *ſerpens*, *bubo*, *rudens*, *grus*, *Perdix*, *lynx*, *limax*, *ſtirps*, pro trunco, pedis et *calx*: Adde *dies*, numero tantùm mas eſto ſecundo.

Communia excepta.

Sunt commune, *parens*, *auctórque*, *infans*, *adoleſcens*, *Dux*, *illex*, *heres*, *exlex*: a *fronte* creata; Ut, *bifrons*: *cuſtos*, *bos*, *fur*, *ſus*, atque *ſacerdos*.

Tertia regula specialis.

NOMEN, creſcentis penultima ſi genitivi
Sit gravis; ut, *ſanguis* genitivo *ſanguinis*; eſt mas.

Fœminina excepta.

Fœminei generis ſit hyperdiſſyllabon in *do*
Quod *dinis*, atque in *go* quod dat *ginis* in genitivo;
Id tibi *dulcedo* faciens *dulcedinis*, idque
Monſtrat *compago compaginis*. Adjice *virgo*,
Grando, *fides*, *compes*, *teges*, et *ſeges*, *arbor*, *hyémſque*:
Sic *chlamys*, et *ſindon*, *Gorgon*, *icon*, et *Amazon*:
Græcula in *as*, vel in *is* finita; ut, *lampas*, *iaſpis*:
Caſſis, *cuſpis*, : in *us* vox una, *pecus pecudis* dans.
His *forfex*, *pellex*, *carex*, ſimul atque *ſupellex*,
Appendix, *hiſtrix*, *coxendix*, adde, *filix*que.

Neutra excepta.

Eſt neutrale genus, ſignans rem non animatam, [dans;
Nomen in *a*; ut, *problema*: *en*; ut, *omen*: *ar*; ut, *jubar*: *ur*
Ut, *jecur*: *us*; ut, *onus*: *put*; ut, *occiput*. Attamen ex his
Maſcula ſunt, *pecten*, *furfur*. Sunt neutra, *cadaver*,
Verber,

Verber, iter, ſuber, pro fungo *tuber,* et *uber,*
Gingiber, et *laſer, cicer,* et *piper,* atque *papaver,*
Et *ſiſer:* his addas neutra, *æquor, marmor, adórque,*
Atque *pecus* quando *pecoris* facit in genitivo.

Dubia excepta.

Sunt dubii generis, *cardo, margo, cinis, obex,*
Forceps, pumex, imbrex, cortex, pulvis, adépſque;
Adde *culex, natrix,* et *onyx* cum prole, *ſiléxque.*
Quamvis hæc meliùs vult maſcula dicier uſus.

Communia excepta.

Communia generis ſunt iſta; *vigil, pugil, exul,*
Præſul, homo, nemo, martyr, Ligur, augur, et *Arcas,*
Antiſtes, miles, pedes, interpres, comes, hoſpes,
Sic *ales, præſes, princeps, auceps, eques, obſes,*
Atque alia a verbis quæ nomina multa creantur;
Ut, *conjux, judex, vindex, opifex,* et *aruſpex.*

HETEROCLITA.

¶ I. Variantia.

MASCULA ſunt, numeroquæ in neutra abiêre ſecundo;
Mænalus id monſtrat dans **Mænala, Avernus Averna.*

---

* Sic *Dyndimus, Pangæus, Tænarus, Maſſicus, Taygetus Tartarus, Iſmarus.*

Hæc

Hæc duo fæminei generis quoque, *Pergamus* atque
Carbaſus, aſſimili flecti ratione videbis.
Vult *locus hi loci* et *hæc loca : jocus* eſto ſodalis.
Cælum vult *hi cæli :* ſic effertur et *Argos*,
*Elyſium*que : *a* vel *i frænum*, *raſtrum*que : ſed iſta
Delicium atque *epulum* dant *deliciæ*que *epulæ*que.
Balneum habet ſibi *balneæ* ; idem ſibi *balnea* ſervat.
Vas vaſis format plurali *vaſa* per *orum*.
Sic et Græca in *a* ; quod monſtrant *epigramma*, *poema*.

¶ II. Redundantia.

1. In Recto.

* Sæpe datur ſenſus variis ſub finibus idem :
† Et varii ſenſus ſub fine notantur eodem.

2. In Obliquis.

Eſt *domus* et quarti flexus ſimul atque ſecundi ;
Sed *me* caret numero primo, *mi mis*que ſecundo.
Atque *colus*, *laurus*, *pinus ficus*que ſecundæ
Claſſis, dant ſimul *u* in quartâ ; pluralitèr *ûs*que.
Et quartæ vox *quercus uum* ſibi poſcit et *ubus*.

¶ III. Defectiva.

¶ 1. Caſu.

Sunt Aptota, in *i* et *u* ; ceu *cornu*, *gummi*, *ſinapi :*
Sic *nequam*, *frugi* ; ſic *ſemis*, *gauſape*, *cepe*,
Et *pondo*, *frit*, *git* ; *toi*, *quot*, compôſtaque, et omnes

---

* Oda, ode ; honor, honos, *&c.*
† Palus i. m. palus údis f, malus i m. malus i f, *&c.*

A *tri*

A *tribus* ad *centum* numeri; ceu *quatuor*, *octo*.
Sed mirè variat, prout fixum eſt aut mobile, *mille*.
Suntque Monoptota; *Eos*, et *potis*, *inquies*, *exſpes*.
Adjicias *hâc fauce*, *ambage*, et *compede* primo,
Maſcula item *caſſe*, *annali*, cum *cœlite*; ſemper
Sex tamen hæc tibi ſint numero perfecta ſecundo.
Multa in *ui* atque *u* addenda; *oſtentui* ut, atque *relatu*:
Inficias eo; *ad inci*-que-*tas redigo*; adjice tandem
Damnas, *ingratis*, *nauci* quoque, *dicis*, et *ergo*.
Sunt Diptota; *neceſſe*, *neceſſum*, *hir*, et *inſtar*, & *aſtu*
Urbem ſignificans; *volupe* his adde; *aſtus* et *aſtu*,
Nec non *impetis impete*, *ſpontis ſponte*, *ſirempſque*
Adde *ſirempſe*; et *veſper veſpere* gaudet habere;
Suppetiæ, *inferiæ-as*; *repetundarum*, *repetundis*.
Jugeris et ſexto dat *jugere*, *verberis* autem
Verberè; ſed numero tibi ſint perfecta ſecundo.
Sunt Triptota; velut *tantundem* flexile *tîdem*;
Es Graiûm, ut *cacoethes*; *epos*, *melos*, atque *nefas*, *fas*,
Nil, *nihil*, atque *ſpecus*, *Tempe*, *grates*que; *preci*que
Dans *precem*, item et *prece*; ritè *preces* pluralitèr effer.
Vultque *dicam-as dica*; *mactus e* ſive *i*; *feminis* optat
Fe-que-*mini* cum *femine*; habet tres *femina* caſus.
Sic in plurali *rus*, *thus*, *mel*, *hyems*, *metus* et *far*;
Et *ſpecies*, *acies*, *facies*, *ſpes*, *effigies*que.
Tetraptota; *vicis*, *pecudis*, *ſordis*, *ditionis*,
Frugis, *opis*, *dapis*: et primum quintumque recuſant.
Pentaptota; *chaos*, *ſatias*; numeroque ſecundo,
Ora, *vices*, *ſoles*, *labes*, *ſoboles*que, *faces* et
Proles: dativo primo *plus* deficit æquè.

¶ 2. Numero.

Sunt raro aut nunquam numero deprênſa ſecundo
Plurima, quæ ſenſu diſcas ut *luxus* & *aurum*.*
At ſunt hæc fermè numeri impatientia primi:

* *Juſtitia*, *hyſſopus*, *glacies*, *lac*, *bonitas*, *aer*, *æther*, *argilla*, *album*, *Bilis*, &c.

Maſcula: ut *antes*, *artus*, *cancelli*, adjice *cani*,
Codi-que-*cilli*, *faſces*, *faſtus*, adjice *fines*,
Fur-que-*fures*, *fori*, & *inferi*; erit *Limures*que ſodalis,
Liberi, item *manes*, *majores*, atque *minores*,
Natales, *proceres*que, *pugillares*que, *penates*,
Poſteri, item *ſuperi*, *ſentes*; licet addere *vepres*.
Et propria, ut *Veii*, *Locri* ſimul, atque *Philippi*.

Fœminea: *ædes*, atque *apinæ*, *bigæ*que, *calendæ*,
Et *Charites*, *cunæ*, *decimæ*, fas jungere *diræ*,
Divitiæ, *excubiæ*, *exequiæ*, *exuviæ*que, *fores*que;
Adde *facultates*, *fortunæ*, jungito *feriæ*,
Atque *facetiæ*, item *furiæ*, *gerræ*que; nec *idus*
Induviæ, *inſidiæ*, *induciæ*, cum *lactibus*, abſint.
Litteræ, itemque *manubiæ* adhærent, junge *minutiæ*,
Atque *minæ*: *nonæ* quoque, *nuptiæ* item ſociatur.
Nundinæ, item *nugæ*, ac *operæ*, ſociatur *opes*que.
Huc *phaleræ*, atque *plagæ* (cum ſignat rete) feruntur:
Præſtigiæ, cum *primitiis*, et (factio) *partes*,
*Quiſquiliæ*que, *quadrigæ*, *relliquiæ*; adde *ſalinæ*, *
Et *ſcalæ*, *ſcopæ*, *ſalebræ*, *ſcatebræ*que, *tenebræ*,
Thermæ, *tricæ*, *trigæ* *vindiciæ*, ; adjice *valvæ*.
Et loca, ceu *Gades* & *Athenæ*: † plura videbis.

Sunt neutra hæc: *acta*, *arma*, *bona*, ac *bellaria*, *caſtra*
Cum natis, *comitia*, item *cunabula* junges;
Junge *crepundia*, junge *Ceraunia* item; *extaque*, *fiabra*,
*Juſta*que, cum *lamentis*, *lautia*, *luſtra* ferarum,
Munia, *principia*, ac *præcordia*, cum *paraphernis*,
Roſtraque, *ſcruta*, et, cum *teſquis*, quoque *tranſtra*, ſecundo
Omnia de flexu; quibus et *brevia*, *ilia* ternus
Mania, cum *magalia*, item *Sponſalia* jungit.
Feſta deûm, ut *floralia*; et artes, *muſica*; ludos,
Pythia; junge locos *Artaxata*, *Suſa*, *Cythera*.

Flectitur a *centum* proles pluralitèr omnis;
Turbam *complures*, *pauci*, *plerique*, ſequuntur.

* *affaniæ*, *angustiæ*, *argutiæ*, *offuciæ*, *parietinæ*.
† *æſtiva*, *hyberna*.

De

De PERFECTIS & SUPINIS.

Pleraque ſimplicium formam compôſta ſequuntur.

Iᵐᵃ. Conjugatio.

O primæ fit in *avi atum*, velut *ambulo* monſtrat.

Exceptiones.

SED *poto* ex *avi potum* parit et *potatum*:
Et *juvo* vult *juvi jutum*; *lavo* flectere gaudet
Lavi, nec non et *lautum lotum* atque *lavatum*.
Hæc ſex more novo per *ui* per *itum*que feruntur:
Nempe *cubo*, *domo*, cumque *ſono*, *tono*, junge *veto*que
Et *crepo*: *diſcrepo* verò ſibi *avi atum*que præoptat.
Vult *mico ui* nudum: *avi*, *atum*, magè *dimico* poſcit.
Sic *neco*, non renuens *necui*, *avi* poſcit et *atum*.
Flecte *frico fricui frictum*, *ſeco ui* quoque *ſectum*.
Do dedi habere *datum* vult: *ſto*que *ſteti* quoque *ſtatum*;
At compôſta *ſtiti ſtatum*; perſæpe *ſtitum*que.
Nil *labo*, *nexo*, *plico*: ſed *ap ex-im com-plico* donant
Avi atum, atque *ui itum*; reliqua avi ac inſuper atum.

IIᵈᵃ. Conjugatio.

Vultque *eo ui* atque *itum* habere ſibi; ceu *debeo* monſtrat.

EXCEPTIONES.

In SUPINIS.

Sed *doceo doctum*, *tenco tentum*que Supina
Immutant : ſic *torreo toſtum*, *cenſeo cenſum* :
Miſceo vel *miſtum* vel *mixtum* : *ſorbeo ſorptum*.
Hæc *timeo*, *fileo*, *arceo*, *ui* dant abſque ſupinis ;
Aſt *exerceo* rite *ui itum*, pariterque *coerceo*.
Neutraque *ui* nudum donant, velut *areo* monſtrat ;
Deme *oleo*, *valeo*, *placeo*, *careo*, *liceo*que,
Pareo, cum *jaceo*, *caleo*, *doleo*, *noceo*que ;
Queis *coalet*, *mereo*, *taceo*, *lateo*que jugantur :
At nata ex *taceo lateo*que Supina recuſant.

In PERFECTO & SUPINIS.

Sunt quæ præteritum variant pariterque Supinum :
Namque *fleo*, *vieo*, *neo*, *deleo*, et omnia nata
A *pleo*, dant *evi etum* : queis oleo tria jungit,
*Obſ-ex-in*que-*oleo* ; ſed cætera rite feruntur.
Vult *abolet* tamen *evi* et *itum*, atque *adolevit adultum*.
Dant *foveo*, *moveo*, *voveo*, *vi tum* ; *caveo* autem
Cavi dat *cautum* ; *faveo favi* quoque *fautum*.
Vult *paveo pavi* nudum : ſic *calveo calvi* ;
Ferveo, *ferbui*, item *fervi* : *conniveo*, *vi*, *xi*.
A *deo* fit *di ſum*, ut *video* : ſic *prandeo prandi*
Pranſum ; *pendeo* verò *pependi* vult dare *penſum* ;
Mordeo vultque *momordi morſum*, *ſpondeo* vultque
Spoſpondi ſponſum ; ſic *tondeo* flecte *totondi*
Tonſum : Compoſitis perfecti ſyllaba cunctis
Prima perit, præter quæ a *diſco* & *poſco* creantur.
Vult *ſedeo ſedi ſeſſum* ; ſed *ſtrideo ſtridi*.
Hæc *ſi ſum* ; *ardeo* dans *arſi arſum*, *mulceo mulſi*
Mulſum, *mulgeo mulſi mulſum* ; *rideo riſi*
Riſum, *ſuadeo ſuaſi ſuaſum*, *tergeo terſi*

Terſum

Terſum, etiam *maneo manſi manſum* optat, et *hæreo*
Hæſi hæſum; *jubeo* autem *s* geminare videbis.
At contra exoptant *indulgeo, torqueo, ſi tum.*
Dant tibi *ſi algeo, fulgeo, turgeo* et *urgeo* nudum:
Frigeo, lugeo, luceo, xi nudum: *augeo xi ctum.*
Vult *cieo*que *citum* dare, perfectumque recuſat;
At contrà *liqueo licui* vult abſque Supinis.
Nil *aveo, ſcateo*que, *renideo, ceveo, lactet,*
Mæreo, liveo, polleo, flaveo, denſeo, glabret. *

III^iæ. Conjugatio.

Tertia, non temerè vinclis retinenda, vagatur.

BO.

Glubo, bibo, dant *bi* atque *bitum: lambo, ſcabo* nudum
Bi: nubo, ſcribo, pſi ptum: quæ plurima cumbo
Gignit dant *cubui cubitum*; ut *diſcumbo, recumbo.*

CO.

Dant *dico, duco, xi ctum*; *ico ici*, atque dat *ictum:*
Vinco vult *vici victum:* ſed *parco peperci*
Parſi, parſum par-que-*citum*, formarier optat.

SCO.

Sco, vi, tum; ut *noſco:* per *itum, ag-cog-noſco* leguntur.
More novo *paſco pavi* vult flectere *paſtum.*
Dant at *ui, compeſco, diſpeſco*, abſque Supinis.
Vult *diſco didici* nudum: ſic *poſco popoſci.*
Gliſco præteritum fugit, inceptivaque fixis
Orta, velut *pueraſco*; ſuis ſed mutuò ſumunt
A verbis reliqua: a *tepeo* ſic finge *tepeſco.*

* adde *clueo, muceo.*

DO.

Do fit *di ſum*; ut *edo, incendo, defendo:* ſed octo
Si ſum; *claudo, lædo, ludo, divido, plaudo,*
Rado, rodo, trudo: ſic quæ plurima vado
Format, ut *evado*; licet ipſum *vado* ſit orbum.
Cedo vult *ceſſi ceſſum, comedo*que *comedi*
*Eſum eſtum*que capit; *fundo* vult gignere *fudi*
Fuſum: ſcindo ſcidi vult *ſciſſum: findo fidi* vult
Fiſſum: et *pando pandi panſum*; vult quoque *paſſum.*
Flecte *cado cecidi caſum*; tamen abſque Supinis
Nata, tribus demptis *re-cido re-cidi* atque *re-caſum,*
Incido & *occido: cæſum* poſcit *cædo cecidi:*
Tendo tetendi tenſum et *tentum: pedo pepedi*
Peditum habet: porro *penſum* vult *pendo pependi:*
Et *tundo tutudi tunſum*, ſed pignora *tuſum.*
A *do* nata, *didi* atque *ditum*, quæ claſſis adoptat
Tertia; ut *abdo, credo, reddo, perdo*, vel *obdo,*
Edo, addo, trado: abſcondo di ſæpius optat.
Strido, rudo, dant *di* nudum: queis *fido* jugatur:
Nata, ut *confido, ſedi ſeſſum*que requirunt.

GO.

Go fit *xi ctum*; ut *cingo: figo* flectere *fixi* et
Fixum vult; *frigo xi xum*; fas dicere *frictum.*
Sed *fingo finxi, ſtringo ſtrinxi* quoque, *pingo*
Pinxi, formantur, *n* abjiciendo ſupinis.
Vult *lego gi, ctum: intelligo, diligo, negligo, xi ctum:*
Pergo & *ſurgo*, ex *go, rexi rectum*que crearunt.
Sed *frango fregi fractum* dat: *ago* accipit *egi*
Actum, ſic *red-igo, egi actum:* ſic *cogo coegi*
Rite *coactum:* ſed *ſatago*, et, cum *prodigo, dego,*
Dant *egi: ambigo* nil: *tango tetigi* effice *tactum.*
Pungo capit *pupugi punctum*, ſed pignora *punxi*
Punctum; congeminat *pupugi punxi*que *repungo.*

Pang

Pango dat *panxi pactum* ; tria pignora *pegi*,
*Im-com ſup-pingo : pepigi pactum*que ſit orbum.
Spargo, mergo, tergo volunt ſibi denique *ſi, ſum.*
Clango, ango, ningo, xi nudum : *vergo* ſit orbum.

HO.

Ex *ho, traho, vcho,* dant *xi ctum*; nec plura leguntur.

JO.

In Jo dat *minxi mictum* vox unica *meio.*

LO.

Vult *molo ui molitum* ; *colo ui* vult flectere *cultum :*
Lege pari *occulo, conſulo,* dant *ui* & inſuper *ultum.*
Flecte *volo, nolo, malo,* celloque creata,
Ut *præcello,* in *ui* nudum : *percello* ſed auſer
Perculi habens *perculſum : alo ui altum alitum*que redundat.
Vult *pello pepuli pulſum :* vult *fallo fefelli*
Falſum : vello vult *velli* et *vulſi* quoque *vulſum.*
Sal-lo dat *li ſum :* nudum *li pſallo, refello :*
Tollo ſuſtuli item *ſublatum :* * *attollo* ſit orbum.

MO.

Vult *ui, itum, fremo* ; cumque *gemo, vomo : ui* abſque
Dat *tremo : como, demo, promo, ſumo*que *pſi ptum :* [Supinis
Sed *premo preſſi preſſum* ; *emo* vult *emi* atque dat *emptum.*

NO.

Flecte *ſino ſivi ſitum,* at hinc magè *deſino* poſcit
Deſii item *deſivi déſitum :* et ordine *ſperno*

* ſic *extollo.*

Vult *ſprevi ſpretum* ; *ſterno ſtravi* quoque *ſtratum* :
Vultque *cano cecini cantum*, ſed tota propago,
Ut *recino*, *-cinui -centum* ſibi poſcit ubique.
Datque *lino livi levi*que *litum* ; adjice *gigno*
Dans *genui genitum* ; *pono poſui poſitum*que.
Cerno caret : ſed dat *decerno*, et cætera, *crevi*
Cretum : *temno* caret ; *contemno* flectito *pſi ptum*.

PO : QUO.

Po dat *pſi ptum* : ſed *ſtrepo* dat *ſtrepui ſtrepitum*que :
Rumpo rupi ruptum : vult *coquo* flectere *coxi*
Coctum ; *linquo liqui* nudum : pignora *lictum*.

RO.

Quæro vult *quæſivi quæſitum* : *tero trivi*
Tritum : ſemper & *uro uſſi* ſibi poſtulat *uſtum*.
Vultque *gero geſſi geſtum* ſibi, *verro*que *ri ſum* :
Vultque *ſero ſevi* atque *ſatum* : (pro ſemino) *ſevi*,
Nata *ſitum* ; ſed (pro loco) *ui ſertum* : *aſſero* monſtrat.
Curro cucurri curſum, quinque ſed inde creata
Ac-de-ex-præ-pro-curro, *curri* ſive *cucurri*.
Vultque *fero tuli* item *latum* : *furo*, *ſuffero* nil dant.

SO.

Hæc *ivi itum* ; *arceſſo*, *capeſſo*, *faceſſo*, *laceſſo* :
Inceſſo, *viſo i* nudum : vult flectere *depſo*
Depſui item *depſtum* : *pinſo* bene *pinſui* habebit
Pinſi, *pin*-que-*ſitum*, *pinſum*, *piſtum*que Supinis.

TO.

Sterto poſcit *ui* nudum ſibi : *flecto* creabit
Flexi flexum : ſed *pecto*, cum *plectere*, *necto*,
Dant xi ſive *xui xum* : *ſiſto ſtiti* atque *ſtatum* dat.

Neutrum

Neutrum *ſiſto ſteti ſtatum* ; compoſta *ſtitique*
Statum, aliquando *ſtitum* ; ut monſtrant *aſſiſto*, *reſiſto*.
Verto verti verſum ; *mitto* flectito *miſi*
Et *miſſum* : *meto meſſui* amat ſibi flectere *meſſum*.
Vultque *peto petii* atque *petivi* et habere *petitum*.

VO & XO.

Vivo, *xi ctum* : at *ſolvo ſolutum*, *volvo volutum*
Dant *vi* : *texo texui* avet ſibi gignere *textum*.

IO.

Vult *facio feci factum* ; ſed pignora *fectum* :
Et *jacio jeci jactum* ; cui pignora *jectum* :
Et *capio cepi captum* ; cui pignora *jectum* :
Et *rapio rapui raptum*, cui pignora *reptum*.
Dant *xi ctum* a *lacio ſpecioque* creata ; * ſed unum
Vult *ui itum*, *elicio* : at *fodio* vult gignere *fodi*
Et *foſſum* ; et *fugio* pariter *fugi fugitumque*.
Vult *cupio ivi itum* ; *ſapio ſapui* abſque ſupinis.
Sed *pario peperi partum pariturus* habebit.
Et *quatio quaſſum* : à *cuſſi* dant pignora *cuſſum*.

UO.

Vult *uo ui utum* ; quod *tribuo* ſatis indicat unum :
At *ruo* vult *ruitum* ; ſed *utum* velut *obruo*, proles.
Vult *luo itum* ; proles *utum*, quod *colluo* monſtrat.
Et *fluo* vult *fluxi fluxum* : *ſtructum ſtruo ſtruxi*.
Aſt *i* dant *metuo*, *pluo*, *congruo*, et *ingruo*, nec non
Reſpuo, et orta *nuo*, velut *innuo* ; manca ſupinis.

IV^ta. CONJUGATIO.

Quarta ab *io* ſibi rectè *ivi* formabit & *itum*.

* ut *allicio*, *inſpicio*.

EXCEP-

EXCEPTIONES.

At *ſingultio ſingultum*, *ſepelit*que *ſepultum*
Poſcit : *eo* breviabit *itum* cum prole ſequaci,
Ceu *redeo reditum* : ſolum *ambio* jure dat *itum*.
Dant *ivi* nudum *glocio*, *cæcutio*, *geſtit* ;
Sic *dementio*, *ineptio*, itemque *ferocio* flectas.
Farcio dat *farſi fartum* : ſic *fulcio fulſi*
Fultum ; *ſepio ſepſi ſeptum* ; *ſentio ſenſi*
Senſum ; *raucio rauſi rauſum* ; *cambio campſi*
Campſum, ac *haurio* vult *hauſi hauſtum*, rariùs *hauſum*.
Vin-cio xi ctum : *amicit* dat *ui* & *xi*, & donat *amictum*.
San-cio xi ctum, & *civi citum* : *veneo* nudum
Venii : item *venio veni ventum* : *ſalio*que
(Pro ſalto) *ſalii ſalui ſaltum*, ortaque *ſultum*.
Inque *peri pertum*que *re-com-perio*que migrârunt :
Cætera ſed proles *perui pertum*que creabit.
Præterito careant *ferio*, et meditantia ; monſtrat
Scripturio id tibi : *parturio*, *eſurio** exime normæ.

DEPONENTIA.

Parent prædictis quoque deponentia normis.

EXCEPTIONES.

II^da. CONJUGATIO.

Hæc formam variant : *fateor* vult flectere *faſſus*.
Junge *reor ratus* ; et *miſereri* junge *miſertus*.
Diffiteor tamen, et *medeor* nil fingere gaudent.

* et *nupturio*.

III^ia

IIIia. Conjugatio.

Labor vult *lapſus ſum, adipiſcor adeptus,* et *utor*
*Uſus, nanciſcor nactus, pactus*que *paciſcor,*
*Ulciſcor*que *ultus, proficiſcor* junge *profectus.*
Obliviſcor vult *oblitus,* et *expergiſcor*
Vult *experrectus, commentus com-*que-*miniſcor.*
Vult *gradior greſſus, patior* vult flectere *paſſus.*
Datque *fruor fructus fruitus, queror* adjice *queſtus.*
Vult *nitor niſus nixus* ; *ſequor* adde *ſecutus,*
Et *loquor* adde *locutus* ; *naſcor* et adjice *natus :*
Poſcit *oriri ortus* ; *morior* quoque *mortuus* optat :
Queis tribus extremis per *iturus* flecte futurum.
Nil dant *iraſcor, veſcor, liquor, reminiſcor,*
*Ringor, prævertor, divertor, de-*que-*fetiſcor.*

IVta. Conjugatio.

Metior in quartâ *menſus* dabit, *ordior orſus,*
Experior-pertus ſimul *opperior*que tenebunt.

Neutro Passiva.

At *fio, fido, ſoleo,* cum *gaudet,* et *audet,*
Dant *factus, fiſus, ſolitus, gaviſus* et *auſus..*

Impersonalia Irregularia.

A *libet* ut *libuit libitum eſt* ; ſic flecte *placet*que
Et *licet* et *piget* atque *pudet : miſeret*que *miſertum*
Vult et *itum :* tædet dat *tæduit* et *pertæſum.*
At *liquet* exiguo præſentis limite gaudet.

Verba Defectiva.

Temporibus tantùm certis hæc verba leguntur :

Cæpi,

Cæpi, odi, novi, memini, quæso, inquam, aio, infit, confit, defit, ovat, salve, ave, apage, ausim, faxo, forem, cedo.

Deficiunt etiam *for, dor, der, sci, dic, duc, fac, fer, fis, sultis, benefac.*

Vult *sum* præteritum a veteri *fuo:* nata parentem,
Exceptis *insum, prosum, possumque,* sequuntur.

SYNTAXIS

Erasmiana Constrictior.

Concordantia Prima.

1. VERBUM personale concordat cum Nominativo numero & personâ: ut *sera nunquam est ad bonos mores via.* Sen.

2. Nominativus pronominum rarò exprimitur, nisi distinctionis aut emphasis gratiâ: ut *si dixeris, æstus sudat.* Juv. *Tu es patrónus, tu parens; si deseris tu periimus.* Ter.

3. Verba infiniti modi pro Nominativo accusativum ante se statuunt; alterâ sententiâ a quâ pendeant præeunte, et conjunctione *quòd* omissâ: ut *te rediisse incolumem gaudeo.* Ter.

4. Impersonalia præcedentem nominativum non habent: ut *tædet nos vitæ.* Cic.

Concordantia Secunda.

5. Adjectiva, participia, et pronomina, cum substantivo, genere, numero, et casu concordant: ut *plorátur lacrymis amissa pecunia veris.* Juv.

Con

Concordantia Tertia.

6. Relativum cum antecedente concordat, genere, numero, et perſonâ: ut *hîc ego qui jaceo.* Ov. *Satin' Sanus es, qui me id rogites?* Ter. *Animum rege, qui niſi paret, Imperat.* Hor.

7. Aliquando concordat cum primitivo, quod in poſſeſſivo ſubauditur: ut *omnes laudáre fortúnas meas, qui habérem natum tali ingenio præditum.* Ter.

8. Quoties nullus nominativus interponatur inter rela-

---

1. *Quæque ſententia ſuum habet verbum:* ſum *autem ſæpe ſubauditur: ut* quot homines, tot ſententiæ. Ter.

3. *Verbum infinitum, præeunte accuſativo, eandem, ac indicativum, in omnibus temporibus conſtructionem habet: ut* te redire incolumem gaudeo, te rediiſſe incolumem gaudeo, te rediturum incolumem gaudeo. Ter.

Sæpe ſubintelligitur accuſativus, hominem *vel* homines: *ut* non eſſe cupidum, pecunia eſt; non eſſe emacem, victigal. *Itemque pronomina,* me, te, ſe: *ut* ſed reddere poſſe negabat. Virg.

6. *Antecedens eſt illud ſubſtantivum, quod poſt relativum ferè reticetur; quam Ellipſin ſi legitimè expleveris, formulæ hujuſce tota conſtabit ratio: ut* deus, qui (deus) nos creavit, cujus (dei) ſumus, cui (deo) parent omnia, quem (deum) non cernimus oculis, a quo (deo) pendemus tamen, eſt æternus.

Eſt tamen, ubi nonnunquam diſertè repetitur in clauſulâ relativâ: ut erant omnino itinera duo, quibus itineribus domo exire poſſent. Cæs.

Eſt et ubi, in ſuâ clauſulâ ſuppreſſum, cum relativo ſolùm exprimitur: ut populo ut placerent, quas feciſſet fabulas. Ter. Urbem quam ſtatuo, veſtra eſt. Vir.

Sæpe verò in utrâque clauſulâ ſubintelligi ſolet, ubi de hominibus procedit oratio: ut feliciter ſapit, qui alieno periculo ſapit. Plaut.

Clauſula antecedentis, ſæpe apud Latinos, poſteriorem tenet locum: ut qui pauperes ſunt, iis antiquior officio eſt pecunia. Cic.

Adjectiva, quæ ad antecedens pertinent, elegantèr a poetis cum relativo connectuntur: ut clypeum cape, quem dedit ipſe Invictum Ignipotens. Vir.

tivum & verbum, relativum erit verbo nominativus: a
ubi interponitur nominativus, relativum aut a verb
aut ab aliâ dictione regitur: ut *gratia ab officio, quo*
mora tardat, abeſt. Ov.

Observationes ad Tres Concordantias pertinentes.

9. Aliquando verbum infinitum, oratio, aut adverb
ium cum genitivo, vicem ſupplet nominativi, ſubſtanti
vi, aut antecedentis: ut *dulce eſt deſipere in loco.* Hor
In tempore ad eam veni, quod rerum omnium eſt primum
Ter. *Partim virórum cecidérunt in bello.* Lilly.

10. Duo aut plura ſubſtantiva ſingularia, interce
dente conjunctione copulativâ, habent verba, adjectiva
aut relativa pluralia, quæ cum ſubſtantivo digniſſim
numeri generiſve concordant: ut *ſi tu & Tullia valéti*
ego & Cicero valémus. Cic. *Pater mihi & mater mortu*
ſunt. Ter. *Divitiæ, decus, gloria in oculis ſita ſunt.* Sall

11. Aliquando tamen verbum aut adjectivum cu
proximo ſubſtantivo concordat: ut *et genus et virtus, n*
cum re, vilior algâ eſt. Hor. *Sociis et rege recept*
Vir.

12. Verbum, adjectivum, aut relativum, colloca
tum inter duo ſubſtantiva diverſorum numerorum gene
rumve, cum alterutro concordare poteſt: ut *pectus quoq*

---

9. *Sæpe intelliguntur* homo *et* negotium, *in quâvis concordantiâ*
ut ita aiunt. Ter. Rari quippe boni. Juv. Quod honeſtum, i
utile eſt. Cic.

10. *Prima perſona dignior habetur ſecundâ, ſecunda tertiâ; ſic*
maſculinum genus fœminino, et neutro fœmininum. At in rebus vi
expertibus digniſſimum habetur neutrum; vocabulo negotium *ſubinte*
ſerit.

robora

robora fiunt. Ov. *Non omnis error ſtultitia eſt dicenda.* Cic. *Illum globum, quæ terra dicitur.* Id.

13. Nomen multitudinis ſingulare quandoque verbo, adjectivo, aut relativo plurali jungitur: ut *turba ruunt.* Ov. *Pars in crucem acti ſunt.* Sall. *Unus ex eo numero, qui ad cædem parantur.* Id.

REGIMEN.

I. Substantivorum Constructio.

14. Duo ſubſtantiva rei ejuſdem in eodem caſu ponuntur: ut *effodiuntur opes irritamenta malorum.* Ov.

15. Quum duo ſubſtantiva diverſæ ſignificationis concurrunt, poſterius in genitivo ponitur: ut *creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit.* Juv.

16. Hic genitivus aliquando in dativum aut adjectivum poſſeſſivum vertitur: ut pro *pater urbis, & filius liberi; urbi pater.* Lucan. *Herilis filius.* Ter.

17. Ponitur interdum genitivus tantùm, priore ſubſtantivo per ellipſin ſubaudito: ut *ventum erat ad Veſtæ.* Hor.

18. Laus et vituperium rei ponitur in ablativo vel genitivo: ut *ingenui vultûs puer, ingenuique pudoris.* Juv. *Vir ingenio truci.* Suet.

19. Adjectivum in neutro genere ſine ſubſtantivo

---

18. *Adjectivum laudis et vituperii ſæpe ad ſubjectum ſententiæ refertur; et nomen laudis et vituperii in ablativo ponitur: ut* vir gravitate et prudentia excellens, Cic.

19. Id, quid, hoc, aliquid, quicquam, multum, plus, plurimum, minus, minimum, tantum, quantum, paulum, paululum, pauxillulum; negotium, ſpatium, tempus *ſubintelligitur.*

positum, aliquando genitivum postulat: ut *paululum pecuniæ*. Ter. *Hoc noctis*. Cic.

20. *Opus* et *usus* ablativum exigunt: ut *auctoritate tuâ nobis opus est*. Cic. *Viginti jam usus est filio minis*. Plaut.

21. *Opus* autem adjectivè pro *necessarius* quandoque poni videtur: ut *dux nobis & auctor opus est*. Cic.

II. Adjectiva.

1. Genitivus post adjectivum.

22. Adjectiva, quæ desiderium aut negligentiam, notitiam aut ignorantiam, innocentiam aut crimen significant, cum multis aliis nullas ad certas leges revocandis, genitivum exigunt: ut *est natúra hominum novitatis avida*. Plin.

23. Verbalia in *ax* etiam genitivum exigunt: ut *tempus edax rerum*. Ov.

24. Nomina partitiva, vel partitivè posita, interrogativa, numeralia, comparativa, & superlativa, genitivum exigunt, a quo et genus mutuantur: ut *vestrum utervis*. Cic. *Lanarum nigræ*. Plin. *Sapientum octávus*. Hor.

25. Usur-

---

22. DESIDERIUM: avárus, ávidus, æmulus, anxius, cúpidus, curiósus, sollicitus, studiósus. NEGLIGENTIA: fastidiosus, incuriosus, liberális, munificus, prælárgus, profúsus, prodigus, securus. NOTITIA: assuétus callidus, certus, consúltus, doctus, docilis, expértus, gnarus, memor, prudens, providus, præsciu, solers. IGNORANTIA: ignárus, immemor, imprúdens, improvidus, insçius, inexpertus, indoctus, insuetus, insolitus, nesçius, rudis. INNOCENTIA: Innoxius, innocuus, insons, integer. CRIMEN: conscius, compertus, manifestus, convictus, suspectus, reus, noxius. *Adde* pavidus, timidus, trepidus.

24. PARTITIVA: ullus, nullus, solus, uter, uterque, alter, alteruter.

25. Uſurpantur et cum his præpoſitionibus, *de*, *e*, *ex*, *in*, *inter*, *ante*: ut *pauci de noſtris cadunt*. Cæſ. *Ante alios pulcherrimus*. Vir.

26. Interrogativum & ejus redditivum, ejuſdem caſûs & temporis erunt, niſi ratio conſtructionis aliud poſtulet: ut *Annon dixi, hoc eſſe futurum? Dixti: quid meritus es? crucem*. Ter. *Cujum pecus? Ægonis*. Vir.

2. Dativus poſt Adjectivum.

27. Adjectiva, quibus commodum, incommodum, ſimili-

---

alteruter, neuter, alius, aliquis, quidam, quiſque, quiſquis, quivis, omnis, reliquus, cunctus, nemo. INTERROGATIVA: quis, quiſnam, unuſquiſque, uter, quot, quotus, quotuſquiſque. NUMERALIA: unus, duo, &c. primus, ſecundus, &c.

Nonnunquam nomen partiendum & nomen partitivum in eadem repéries caſu, per appoſitionem: ut illos centeni quemque ſequuntur. Vir. Maxima pars morem hunc homines habent. Plaut.

27. COMMODUM: acceptus, addictus, affabilis, æquus, amicus, benignus, benevolus, beneficus, blandus, bonus, carus, comis, commodus, deditus, dulcis, facilis, fauſtus, felix, fidélis, fidus, fructuoſus, gratus, immunis, jucundus, lætus, lenis, mitis, neceſſarius, obvius, pervius, propitius, proſper, ſalúber, ſuavis, utilis. INCOMMODUM: acerbus, adverſus, alienus, amarus, arduus, aſper, calamitoſus, crudélis, contrarius, damnóſus, difficilis, dirus, exitioſus, funeſtus, gravis, incommodus, immitis, implacabilis, infenſus, infeſtus, infidus, ingrátus, injurioſus, inimícus, iníquus, injucundus, inſuavis, invíſus, invidioſus, invius, irátus, inutilis, levis, moleſtus, noxius, offenſus, odioſus, periculoſus, perniciоſus, peſtifer, ſævus, ſuſpectus, triſtis, trux, violentus. SIMILITUDO: æmulus, æqualis, æquævus, communis, compar, geminus, par, ſimilis, ſuppar. DISSIMILITUDO: abſonus, abſimilis, alienus, diſpar, diſſimilis, diſcolor, diſcors, diverſus, impar, inæqualis, ſecundus. RELATIO: accommodatus, affinis, ambiguus, appoſitus, apertus, aptus, cognatus, concolor, confinis, dubius,

ſimilitudo, diſſimilitudo, aut relatio ad aliquid ſignificatur, dativum poſtulant: ut *ſi facis, ut patriæ ſit idoneus, utilis agris.* Juv.

28. Exceptio. 1. Nonnulla ex his, ut *par, ſimilis, diſſimilis, affinis, proprius, contrarius, adverſarius,* etiam genitivum poſtulant: ut *par hujus erat.* Luc. *Domini ſimilis es.* Ter.

29. Exc. 2. *Communis, alienus, immunis,* præter dativum, etiam genitivum, vel ablativum cum præpoſitione, poſtulant: ut *commune eſt omnium artium.* Cic. *Hoc mihi tecum commune eſt.* Id. *Non alienus conſilii.* Sall. *Non alienus a ſtudiis.* Cic. *Immunis mali.* Ov. *Immunis metu (vel a) metu.* Sen.

30. Exc. 3. *Natus, commodus, incommodus, utilis, inutilis,* cum aliis ejuſmodi, interdum etiam junguntur accuſativo cum præpoſitione *ad:* ut *natus ad gloriam.* Cic.

31 Exc. 4. *Gratus, benignus, ſævus, violentus,* et alia amorem aut offenſionem erga aliquem ſignificantia, optant etiam accuſativum cum præpoſitionibus *in, erga, adverſus:* ut *violentus in ſuos.* Liv.

32. Exc. 5. *Propior* & *proximus* aliquando accuſativum, ſubintellectâ præpoſitione *ad:* ut *quod vitium propius virtutem erat.* Sall. *Proximus Pompeium ſedebam.* Cic.

33. Exc. 6. Adjectiva, motum ſignificantia, accuſativum regunt cum præpoſitione *ad:* ut *ſit piger ad pœnam princeps, ad præmia velox.* Ov.

34. Verbalia in *bilis* & participialia in *dus* dativum

---

dubius, finitimus, habilis, idoneus, ignotus, importunus, inconveniens, ineptus, inhabilis, natus, notus, opportunus, propior, proximus, proprius, ſocius, vicinus.

Idem *apud poëtas dativum regit: ut* invitum qui ſervat, idem facit occidenti. Hor. *Apud oratores ſequuntur* qui, ac, *et* atque: *ut* animus erga te idem ac (*vel* qui *vel* atque) fuit. Ter.

poſtulant:

poſtulant: ut *flebilis omnibus.* Hor. *vobis ſpectandus.* Ter.

3. Accuſativus poſt adjectivum.

35. Magnitudinis menſura ſubjicitur adjectivis in accuſativo, ablativo, & nonnunquam genitivo: ut *agger octoginta pedes altus.* Cæſ. *Longus ſeſquipede.* Plin. *Pedum denûm latus.* Colum.

36. Accuſativus aliquando ſubjicitur adjectivis et participiis, præpoſitione *ſecundùm* ſubintellectâ: ut *vultum demiſſus.* Vir. *Cætera lætus.* Hor.

4. Ablativus poſt adjectivum.

37. Adjectiva, quæ ad copiam egeſtatemve pertinent, interdum ablativum, interdum genitivum exigunt: ut *dives agris.* Vir. *Dives opum.* Id. *Inops conſilii.* Tac. *Verbis inops.* Cic.

38. Adjectiva, et interdum ſubſtantiva, regunt ablativum ſignificantem cauſam aut modum rei: ut *deteriores omnes ſumus licentiâ.* Ter.

---

37. COPIA: abundans, compos, conſors, copiósus, dives, ferax, fértilis, firmus, fæcundus, fætus, frequens, gravis, gravidus, immodicus, inſatiatus, inſatiabilis, infirmus, largus, locuples, nimius, oneratus, onuſtus, opulentus, particeps, plenus, pollens, potens, prodigus, refertus, ſatur, ſatiatus, uber. INOPIA: caſſus, expers, diſſors, exul, extorris, exhæres, egenus, indigus, inops, inanis, jejunus, liber, modicus, nudus, orbus, parcus, pauper, purus, ſolutus, ſterilis, truncus, vacuus, viduus.

Genitivo tantùm gaudent: benignus, exſors, impos, impotens, irritus. *Ablativo tantùm:* beatus, diſſertus, frugifer, mutilus, tentus, diſtentus, tumidus, turgidus, imparatus, inſtructus.

39. Adjectiva,

39. Adjectiva, pretium significantia, ablativum exigunt: ut *quod non opus est, asse charum est.* Sen.

40. *Dignus, indignus, contentus, præditus, captus, extorris, profugus, fretus,* ablativum exigunt: ut *dignus es odio.* Ter.

41. Horum nonnulla *dignus, indignus, contentus,* interdum genitivum admittunt: ut *dignus virtutis.* Cic.

42. Comparativa, cum exponuntur per *quam,* ablativum admittunt: ut *frigidior glacie.* Ov.

43. *Tanto, quanto, hoc, eo, quo, multo, ætate,* cum quibusdam aliis, sæpe junguntur comparativis & superlativis: ut *quanto superiores sumus, tanto nos geramus submissiùs.* Cic. *Quo quis indoctior, eo (vel hoc) impudentior.* Quint.

PRONOMINUM CONSTRUCTIO.

44. *Mei, tui, sui, nostri, vestri,* genitivi primitivorum, ponuntur, cum persona significatur; et possessiva *meus, tuus, suus, noster, vester,* cum actio vel possessio significatur: ut *imago mei* Vir. *imago mea.*

45. Genitivi, *nostrûm* & *vestrûm,* (non *nostri* & *vestri*) usurpantur post partitiva comparativa & superlativa: ut *ne cui sit vestrûm mirum.* Ter.

46. Possessiva pronomina eleganter post se recipiunt genitivos nominum et participiorum, qui ad primitivum subauditum referuntur: ut *post judicium tuum viri*

---

43. *Ablativus excessûs elegantèr per duo comparativa exprimitur interpositâ conjunctione* quam: *ut* triumphus clarior, quam gratior. Liv.

Ubi quam *exprimitur, similes casus connectit.*

Sæpe post comparativa subintelliguntur ablativi solito *et* nimio; *comparativa tum positivorum naturam induunt*; *ut* non ego cum scribo, si fortè quid aptius exit, Laudari metuam. Pers.

erudi-

eruditiſſimi. Plin. *Meâ unius optrâ*. Cic. *Ut mea defunctæ mollitèr oſſa cubent*. Ov.

47. *Sui* & *ſuus* reciproca ſunt, & ſemper reflectuntur ad id, quod præcipuum in ſententiâ præceſſit: ut *legâti hæc ſe ad ſuos relatûros dixérunt*. Cæſ.

48. *Hic* & *ille* cum ad duo antepoſita referuntur, *hic* ad poſterius, *ille* ad prius plerumque refertur: ut

Quocunque aſpicias, nihil eſt niſi pontus & aer:
Nubibus hic tumidus, fluctibus ille minax. Ov.

VERBORUM CONSTRUCTIO.

Nominativus post verbum.

49. Verba ſubſtantiva, et certa paſſiva, utrimque eoſdem caſus habent: ut *ſenectus ipſa eſt morbus*. Ter. *natûra beâtis omnibus eſſe dedit*. Claud.

50. Omnia feré verba poſt ſe admittunt adjectivum, quod cum nominativo verbi concordat: ut *nemo ſaltat ſobrius*. Cic.

Genitivus post Verbum.

51. *Sum*, quoties ſignificat poſſeſſionem, aut officium,

---

48. *Eſt tamen, ubi ad remotius* hic *refertur*, ille *ad proximius*: *ut* ſic deus et virgo eſt: hic ſpe celer, illa timore. Ovid.

Ille *plerumque eminentiam*, iſte *contemptum denotat*.

Hic, iſte, *et* ille, *ſic diſtinguuntur*: hic *mihi proximum demonſtrat*; iſte *eum, qui apud te eſt*; ille *eum, qui ab utroque remotus eſt*.

Ipſe *et* idem *omnibus perſonis jungi poſſunt*.

49. Sum, forem, fio, exiſto, nominor, dicor, habeor, appellor, vocor, nuncupor, *item* audio *pro vocor*; creor, ſalutor, ſcribor; eo, incedo, venio, ſedeo, dormio.

geniti-

genitivum poſtulat: ut *pecus eſt Melibœi.* Vir. *Adoleſcentis eſt majóres natu revereri.* Cic.

52. At poſſeſſiva, ſeu pronomina ſeu adjectiva ſint, in nominativo efferuntur, ubi *negotium, inſtitutum,* aut quid tale ſubintelligitur: ut *non eſt mentiri meum.* Ter. *humanum eſt errare.* Id.

53. Verba accuſandi, damnandi, abſolvendi, et monendi, genitivum criminis et accuſativum perſonæ poſtulant: ut *hic furti ſe alligat.* Ter. *Sceleris condemnat generum ſuum.* Cic.

54. Vertunt hunc genitivum verba monendi in ablativum cum præpoſitione *de*; cætera, vel cum, vel ſine præpoſitione: ut *de quo vos paulo ante admonui.* Cic. *Condemnabo eodem ego te crimine.* Id.

55. *Uterque, nullus, alter, alius, ambo,* et ſuperlativa, non niſi in ablativo, id genus verbis junguntur: ut *accuſo utroque vel de utroque.* Lilly.

56. *Satago, miſereor, miſereſco,* genitivum poſtulant: ut *is rerum ſuarum ſatagit.* Ter. *Miſerere tuorum.* Vir. *Miſereſcite regis.* Id.

57. *Obliviſcor, reminiſcor, memini, recordor,* genitivum aut accuſativum admittunt: ut *oblitus ſum mei.* Ter. *obliviſci nihil ſoles niſi injurias.* Cic.

Fit aliquando per ellipſin, ut verbum ſum *diverſos caſus regere videatur: ut* vobis expedit eſſe bonas. Ter.

54. ACCUSANDI: accúſo, ago, appello, arceſſo, anquíro, arguo, incúſo, inſimulo, interrogo, póſtulo, alligo, aſtringo, deſero. DAMNANDI: damno, condemno, infámo, noto. ABSOLVENDI: abſolvo, libero, purgo. MONENDI: moneo, admoneo, commoneſacio.

57. Memini, *pro* mentionem facio, *regit vel genitivum, vel ablativum cum præpoſitione de: ut* hujus rei *vel* de hâc re memini.

Venit mihi in mentem *elegantèr pro* memini *uſurpatur, variéque conſtruitur: ut* venit mihi in mentem hæc res, hujus rei, *vel* de hac re.

58. *Potior*

58. *Potior* aut genitivo aut ablativo jungitur: ut *armorum potiti ſunt*. Sall. *Potiuntur arenâ*. Vir.

Dativus post Verbum.

59. Omnia verba regunt dativum ejus rei, cui aliquid quocunque modo acquiritur: ut *mihi iſtîc nec ſeritur nec métitur*. Plaut.

60. Verba commodandi, nocendi, comparandi, dandi, promittendi, imperandi, nunciandi, fidendi, obſequendi, repugnandi, minandi, aut iraſcendi, regunt dativum perſonæ; et, quando activè ſignificant, accuſantivum

---

58. Potior, fungor, utor, *cum multis aliis, per Archaiſmum, accuſativum admittunt.*

60. COMMODANDI: adúlor, aſſentor, auxilior, adminiculor, blandior, commodo, faveo, grator, gratulor, gratificor, ignóſco, indúlgeo, lenocinor, medeor, medicor, opitulor, operor, parco, palpor, plaudo, placeo, patrocinor, prævaricor, proficio, ſuccurro, ſubvenio, ſuffrágor, ſubparaſítor. NOCENDI: Convitior, diſplíceo, derogo, detraho, excello, incommodo, inſidior, invideo, noceo, officio. COMPARANDI: Æquo, æquiparo, antepóno, anteféro, cómparo, compóno, confero. DANDI: Diſpertio, divido, do, dono, impertio, mitto, miniſtro, permitto, præbeo, reddo, reſtituo, retribuo, rependo, remetiór, relinquo, ſolvo, ſuggero, ſuppedito, tribuo; *adde hæc neutra*, credo, nubo, parento, renuncio, vaco, velificor. PROMITTENDI: Polliceor, promitto. IMPERANDI: Dominor, impero, imperito, mando, præcipio. NUNCIANDI: Aperio, confiteor, declaro, dico, expóno, fateor, indico, inficior, loquor, narro, nego, prodo, reſpondeo, ſcribo, ſuadeo, perſuadeo. FIDENDI: Credo, committo, confído, diffído, deſpéro, fido, fidem habeo, hæreo, mando. OBTEMPERANDI: Ancillor, aſſentor, famulor, inſervio, miniſtro, morigeror, morem gero, obedio, obtempero, obſecundo, obſequor, pareo, præſtolor, ſervio, ſupplico. RESISTENDI: Adverſor, obſto, reclámo, repúgno, reſiſto relúctor, renítor, refrágor. MINANDI & IRASCENDI: Minor, cómminor, intérminor, iraſcor, ſuccenſeo.

61. SATIS:

ſantivum rei: ut *fortuna multis dat nimis, ſatis nulli.* Mart.

61. Dativum fermè regunt verba compoſita cum his adverbiis *ſatis, benè* et *malè*, & cum his præpoſitionibus *ad, ante, con, in, inter, ob, poſt, præ, ſub, ſuper*: ut *Dii tibi benefaciant.* Ter. *Ego meis majoribus virtute præluxi.* Cic.

62. Exc. 1. Ex his *juvo, delecto, lædo, offendo, rego, guberno*, accuſativum exigunt: ut *fortes fortuna juvat.* Ter.

63. Exc. 2. Nonnulla cum dativo aut accuſativo variè conſtruuntur, ut ſenſus variat: ut *æmulor, auſculto.*

64. Exc

---

61. SATIS: Satiſdo, ſatisfacio, benedico. BENE: Beneſacio, benevolo. MALE: Maledico, malefacio. AD: Accedo, accreſco, accumbo, acquieſco, adequito, adhæreo, adno, adſtipulor, affulgeo, allábor, allaboro, annuo, appareo, applaudo, appropinquo, arrideo, aſpiro, aſſentior, aſſideo, aſſiſto, aſſueſco, aſſurgo, aſto; *et multa activa*, addo, addico, affero, affundo, adjicio, admoveo, advolvo, &c. ANTE: Antecello, anteeo, anteſto, anteverto, antefero, antepono. CON: Collúdo, concino, conſono, convivo. IN: Illacrymo, illúdo, illuceo, immineo, immorior, immoror, impendeo, incumbo, indormio, ingemiſco, inhio, inhæreo, inſideo, inſto, inſiſto, inſúdo, inſulto, invigilo; *et multa activa*, immitto, impono, indico, infero, injicio, inſterno, &c. INTER: Intercedo, intercido, interjacio, intermico, intervenio; *etiam activa*, intercludo, intercido, interjicio, interpono, interſpergo. OB: Obluctor, obmurmuro, obrepo, obſtrepo, obſto, obſiſto, obtrecto, obvenio, occumbo, occurro, occurſo; *et multa activa*, obduco, obdo, objicio, obſtruo, obtrudo, obtendo, offero, offundo, oppono. POST: Poſthabeo, poſtpono. PRÆ: Præcedo, præcurro, præeo, præluceo, præniteo, præſto, præſideo, prævaleo, prævertor, *et multa activa*, præficio, præfero, præpono, præſcribo, prætendo. SUB: Subcreſco, ſubjaceo, ſuboleo, ſubrepo, ſuccedo, ſuccumbo, ſufficio, *et multa activa*, ſubdo, ſubjicio, ſubjungo, ſubtraho, ſuppono. SUPER: Supercurro, -ſto, -ſedeo, venio; *et activa* ſuperaddo, -jicio, -fundo, -mitto, -pono, -ſcribo.

63. Æmulor tibi, i. e. invideo; æmulor, te, i. e. imito.

Auſcu

64. Exc. 3. Multa indifferentèr admittunt aut dativum, aut accusativum vel cum vel sine præpositione *ad:* ut *accedo, allabor.*

65. Exc. 4. Sunt quæ accusativum rei et dativum personæ; vel accusativum personæ, et ablativum rei indifferentèr admittunt: *ut asperſit mihi labem, vel asperſit me labe.* Lilly. *Interdico* peculiarem habet constructionem; ut *interdico tibi aquam, vel tibi aquâ.*

66. Exc. 5. Verba, quæ motum denotant, accusativum exigunt, præeunte præpositione *ad:* ut *ad cænam hominem invitavit.* Cic.

Auſculto tibi, i. e. obtempero; auſculto te, i. e. audio. Caveo tibi, i. e. proſpicio, tibi, *ut amico*; caveo te, i. e. vito, *ut inimicum.* Conſulo tibi, i. e. proſpicio tibi, *ut amico*; conſulo te, i. e. conſilium a te peto. Cedo alicui, i. e. do locum alicui; cedo jure meo, i. e. decedo jure meo. Cupio tibi, i. e. faveo; cupio aliquid, i. e. deſidero. Detraho alicui, i. e. ejus famam minuo; detraho aliquem, i. e. ex ſuperiore loco traho. Do tibi literas, i. e. alii perferendas; do ad te literas, i. e. ad te ſcribo. Metuo tibi *ut amico*; metuo te *vel* a te, *ne me noceas.* Præeo alicui, i. e. ante aliquem eo; præire verba, i. e. ea priùs profero ab alio mox recitanda. Præſto aliis *v.* alios virtute; præſto me virum. Proſpicio, provideo periculum; proſpicio tuæ ſaluti. Studeo alicui rei, i. e. operam do; ſtudeo alicui, i. e. faveo; ſtudeo aliquid, i. e. cupio. Sufficio alicui arma, i. e. ſubminiſtro. Sufficere alicui, i. e. ſatis eſſe. Tempero lacrymis *v.* a lacrymis, i. e. abſtineo; temperare vites, i. e. rego: *cum multis aliis.*

64. Accedo muris; muros; *vel* ad muros. Accido genibus; ad genua. Allabor oris; ad oras. Antecedo alicui rei; aliquem ætate. Anteo alicui *v.* aliquem. Appropinquo portæ; portam; ad portam. Aſſuefco, aſſuefacio, aſſuefio rei alicui; *vel* re aliquâ. Attendo rei; rem; animum ad rem attendo. Illudo alicui *vel* aliquem. Incubo ovis; ova. Inhio auro; aurum. Invado urbem; in fortunas alicujus. Moderor gentibus; navim. Occumbo morti; mortem; morte. Præcurro alicui; aliquem; ante aliquem. Præverto aliquid rei alicui; *vel* præ re aliquâ. Subeo tecto; tectum. Succedo muro; murum; ad murum: *cum multis aliis.*

67. *Sum*, cum compoſitis, præter *poſſum*, exigit dativum: ut *multa petentibus deſunt multa*. Hor.

68. *Eſt* pro *habeo* regit dativum perſonæ & nominativum rei: ut *ſuus cuique mos eſt*. Ter. *Sunt nobis mitia poma*. Vir.

69. Huic ſimile eſt *ſuppetit*: ut *pauper enim non eſt cui rerum ſuppetit uſus*. Hor.

70. *Sum* cum multis aliis geminum admittit dativum: ut *exitio eſt avidis mare nautis*. Hor.

71. Eſt ubi hic dativus *tibi*, *ſibi*, aut *mihi*, elegantiæ cauſâ additur: ut *ex arâ hinc ſume verbénas tibi*. Ter. *Suo ſibi gladio hunc jugulo*. Id.

Accusativus post Verbum.

72. Verba tranſitiva, cujuſcunque generis, ſive activi, ſive deponentis, exigunt accuſativum: ut *percontatorem fugito, nam garrulus idem eſt*. Hor. *Imprimis venerâre deos*. Vir.

73. Verba neutra accuſativum habent cognatæ ſignificationis: ut *duram ſervit ſervitutem*. Plaut.

74. Verba rogandi, docendi, veſtiendi, celandi, duplicem regunt accuſativum, alterum rei, & alterum perſonæ; & accuſativum rei, etiam in paſſivâ voce: ut *tu modo poſce deos veniam*. Vir. *Rogatur ſententiam*. Cic.

Ablativus post Verbum.

75. Quodvis verbum admittit ablativum ſignificantem inſtrumentum, aut cauſam, aut modum actionis:

---

70. Forem, do, duco, habeo, tribuo, verto; *ſubſtantiva* lucrum, quæſtus, utilitas, emolumentum, gaudium, voluptas, dolor, cura, præda, exitium.

ut *Naturam expellas furcâ, tamen uſque recurret.* Hor. *Oderunt peccare boni virtutis amore.* Id. *Jam veniet tacito curva ſenecta pede.* Tibul.

76. Ablativus autem comitatûs ſemper præeuntem habet præpoſitionem *cum:* ut *hâc mecum poteris requieſcere nocte.* Vir.

77. Verba certandi regunt ablativum, præeunte præpoſitione *cum*; vel poeticè dativum: ut *certat cum hoſtibus*; *tibi certet Amyntas.* Vir.

78. Quibuſdam verbis ſubjicitur nomen pretii in ablativo; & hæc adjectiva per ſe poſita, *vili, parvo, paulo, paululo, minimo, magno, permagno, plurimo, nimio, dimidio, duplo:* ut *nuce vitioſâ non emerim.* Plaut. *Parvo fames conſtat, magno faſtidium.* Sen.

79. Excipiuntur hi genitivi ſine ſubſtantivis poſiti; *tanti, quanti, pluris, minoris, tantidem, quantivis, quantilibet, quanticunque:* ut *Emit homo cupidus tanti, quanti Pythius voluit.* Cic.

80. Verbis æſtimandi adduntur, præter genitivos modò dictos, etiam *magni, parvi, maximi, minimi, plurimi, flocci, nauci, nihili, pili, aſſis, hujus, teruncii:* ut *magni æſtimabat pecuniam.* Cic.

81. *Tanti, quanti,* &c. in ablativo efferuntur, ubi exprimitur ſuſtantivum: ut *tanto pretio mercatus eſt.* Cic.

---

77. Bello, certo, contendo, concurro, luctor, pugno.

80. Æſtimo, exiſtimo, duco, facio, pendo, puto, taxo, valeo.

Æſtimo *quandoque poſt ſe admittit hos ablativos*, magno, permagno, parvo, nihilo: *ut* tu iſta permagno æſtimas. Cic.

Valeo *aliquando accuſativum admittit, ſed maximam partem ablativo gaudet: ut* denos æris valebant. Var. valet ſeſtertiis vicenis. Plin.

Nomen quod in ablativo ponitur, eſt ea res, pro quâ mutas aliquid: ut pecuniâ muto librum, *quod per hypallagen Flacco familiarem dici poterat,* pecuniam muto libro.

82. Singularia ſunt iſta: *boni conſulo: æqui boniquæ conſulo: æqui boni facio.*

83. Verba abundandi, egendi, implendi, & privandi, ablativum materiæ exigunt; &, ubi ſunt activa, accuſativum objecti: ut *divitiis abundat.* Ter. *Naves onerant auro.* Virg.

84. Ex his quædam, *abundo, egeo, indigeo, impleo,* ſæpe etiam genitivum regunt: ut *medicinæ eget.* Cic.

85. *Fungor, fruor, utor, abutor, veſcor, ſuperſedeo,* ablativum regunt; *proſequor, dignor, muto, communico, afficio,* & quædam alia, ablativum, cum accuſativo objecti: ut *fungitur officio.* Cic. *Communicabo te ſemper menſâ meâ.* Plaut.

86. *Mereor* cum adverbiis *benè, malè, meliùs, pejùs, optimè, peſſimè,* ablativo jungitur cum præpoſitione *de*: ut *de republicâ bene meretur.* Cic.

87. Verba accipiendi, diſtandi, et auferendi, ablativum exigunt cum præpoſitione *a* vel *ab,* & aliquando dativum: ut *præclarum a majoribus morem accepimus.* Cic. *Eripe te moræ.* Hor.

88. Quibuſlibet verbis additur ablativus abſolutus: ut *Illi, præſidiis collocatis, pontem obſident.* Sall.

89. Aliquando oratio locum ſubſtantivi ſupplet in hâc conſtructione: ut *nondum cognito, qui fuiſſet exitus in Illyrico.* Tac.

---

83. COPIA: Abundo, affluo, exubero, redundo, ſcateo. INOPIA: Careo, egeo, indigeo, vaco, *et paſſiva* deficior, deſtituor. ONERANDI: Impleo, compleo, ſaturo, refercio, onero, cumulo, induo, cingo, calceo. PRIVANDI: Exonero, levo, ſolvo, libero, laxo, expedio, privo, nudo, orbo, ſpolio, fraudo, emungo exuo.

88. *Vel duo nomina abſolutè poni videntur, participio* exiſtente *ſubintellecto: ut* me duce: Diis invitis: Bruto conſule.

Clauſula, quæ finalem cauſam denotat, varias induit ſtructuræ formas: ut certos miſit qui (ut) claſſem arceſſerent; claſſem arceſſendi cauſâ, claſſis arceſſendæ cauſâ, ad claſſem arceſſendam, arceſſitum claſſem, *vel* claſſem arceſſituros.

90. Verbi

90. Verbis quibuſdam additur ablativus partis affectæ, et nonnunquam accuſativus vel genitivus: ut *ægrótat animo: candet dentes. Abſurdè facis, qui angas te animi.* Plaut.

Verba Passiva.

91. Paſſivis additur ablativus agentis, ſed antecedente præpoſitione *a* vel *ab*; & interdum dativus: ut *laudatur ab his, culpatur ab illis.* Hor. *Honeſta bonis viris quæruntur.* Cic.

92. Cæteri caſus manent in paſſivis, qui fuerunt activorum: ut *damnatur ambitûs.* Cic. *Rogatur ſententiam.* Sall.

93. *Vapulo, veneo, liceo, exulo, fio,* paſſivam conſtructionem habent: ut *a præceptore vapulabis.* Lilly. *De fratre quid fiet?* Ter. *Quid me fiet?* Id.

Infinita, Gerundia, & Supina.

94. Verbis, participiis, & poeticè nominibus, adduntur verba infinita: ut *ſcire velim.* Hor. *Juſſus confundere fœdus.* Vir. *Dignus amari.* Id. *Et jam tempus equûm fumantia ſolvere colla.* Id.

95. Ponuntur interdum ſola, per ellipſin, verba infinita, ubi *cœpi, decet, æquum eſt,* aut quid tale ſubintelligitur: ut *invidere omnes mihi.* Ter. *Hæccine fieri flagitia?* Ter.

96. Gerundia & ſupina regunt caſus ſuorum verborum: ut *utendum eſt ætate.* Vir. *Scitatum oracula Phœbi.* Id.

97. Gerundia in *di* pendent ab iis ſubſtantivis et

---

97. *Interdum gerundiis in di non invenuſtè additur genitivus pluralis:* ut facultas agrorum ſuis latronibus condonandi. Cic. Date creſcendi copiam novarum. Ter.

adjectivis, quæ genitivum ſubſtantivorum exigunt: ut *amor habendi.* Ov. *Certus eundi.* Vir.

98. Gerundia in *do* pendent a præpoſitionibus, quæ ablativo inſerviunt; et, ubi cauſa aut modus actionis eſt, ſine præpoſitione ponuntur: ut *ignavi a diſcendo cito deterrentur.* Cic. *Alitur vitium vivitque tegendo.* Vir.

99. Gerundia in *dum* pendent a præpoſitionibus, quæ accuſativum regunt: ut *locus ad agendum ampliſſimus.* Cic.

100. Cum ſignificatur neceſſitas, ponuntur gerundia in *dum* citra præpoſitionem, addito verbo *eſt*; et dativum aut expreſſum aut ſubintellectum ſemper regunt: ut *Orandum eſt ut ſit mens ſana in corpore ſano.* Juv.

101. Vertuntur etiam gerundia in nomina adjectiva: ut pro *conſilium delendi urbem*; *conſilium urbis delendæ.* Cic. pro *ad conficiendum rem*; *ad rem conficiendam.* Cæs.

102. Supinum in *um* ſequitur verbum motum ſignificans; et ſupinum in *u* nomina adjectiva: ut *ſpectatum veniunt.* Ov. *Dictu fœdum.* Juv.

De TEMPORE & LOCO.

103. Quæ ſignificant partem temporis, in ablativo, nonnunquam accuſativo, ponuntur: ut *nemo mortalium omnibus horis ſapit.* Plin.

104. Quæ durationem temporis ſignificant, in accuſativo

---

105. De nocte. Hor. De tertia vigilia. Cæſ. In præſenti. Cic. In diebus paucis. Ter. Ad menſem Januarium. Cic. Per idem tempus. Cic. Per hyemem. Cic. Per decem annos. Cic.

ſativo, rariùs ablativo, ponuntur: ut *annos ſeptuagintà vixit Ennius.* Cic.

105. Nomina temporis aliquando etiam elegantèr præpoſitiones adhibent: ut *in paucis diebus: de die: de nocte.*

106. Spatium loci in accuſativo ponitur, interdum et in ablativo: ut *pedem hinc ne diſceſſeris.* Cic. *Abeſt quatuor millibus paſſuum.* Cæs.

107. Oppidi nomen, in quo fit actio, in genitivo ponitur, modo primæ vel ſecundæ ſit declinationis, et ſingularis numeri: ut *quid Romæ faciam?* Juv.

108. Verùm in ablativo ponitur, ſi tertiæ declinationis, aut pluralis duntaxat numeri fuerit: ut *Philippus Neapoli eſt, Lentulus Puteolis.* Cic.

109. Nomen oppidi, *quò* motio fit, in accuſativo ponitur; et *unde*, in ablativo, ſine præpoſitionibus: ut *Capuâ Romam venit.*

110. Propriorum ſequuntur formam, genitivi *humi, domi, militiæ, belli*; et accuſativi *domum, rus*; item ablativi *domo, rure* vel *ruri*: ut *procumbit humi bos.* Vir *Ite domum.* Id. *Ruri ſe continebat.* Ter.

Verba Impersonalia.

111. Hæc impersonalia, *intereſt* & *refert* genitivum exigunt, præter hos ablativos fœmininos *meâ, tuâ, ſuâ,*

Cic. Ad quoddam tempus. Cic. In hunc annum. Cic. Intra annos quatuordecim. Cæſ. Inter decem annos. Cic.

¶ Abhinc biennium *vel* biennio. Plaut. Id temporis. Cic. Iſtuc ætatis. Ter. Illud horæ. Annos viginti natus. Cic.

107. *Nomina regionum ſuas præpoſitiones ferè expreſſas habent: ut* in Galliâ: in Africam: e Siciliâ: ad Indos.

Figuratè tamen omitti poteſt præpoſitio: ut Ægyptum proficiſcitur. Tac. proficiſci Cyprum. Ter.

noſtrâ,

noſtrâ, *veſtrâ*, & *cujâ*: ut *intereſt omnium rectè facere.* Cic.

112. Adduntur et hi genitivi ſine ſubſtantivis, *tanti*, *quanti*, *magni*, *parvi*, *quanticunque*, *tantidem*: ut *magni intereſt meâ*, *una nos eſſe.* Cic.

113. Pleraque impersonalia, utpote acquisitivè posita, dativum postulant: ut *cui peccare licet*, *peccat minus.* Ov.

114. *Decet*, *dedecet*, *juvat*, *delectat*, *oportet*, accusativum postulant, sequente verbo infinito: ut *omnia prius experiri*, *quam armis*, *ſapientem decet.* Ter.

115. *Decet* aliquando dativum admittit, et *oportet* verbum in subjunctivo modo, cbnjunctione *ut* haud ineleganter subintellectâ: ut *ita nobis decet.* Ter. *Valeat poſſeſſor oportet*, *ſi comportatis rebus bene cogitat uti.* Hor.

116. *Attinet*, *pertinet*, *ſpectat* postulant accusativum cum prepositione *ad*: ut *nihil ad me attinet.* Ter.

117. His impersonalibus subjicitur accusativus cum genitivo, *pœnitet*, *tædet*, *miſeret*, *miſereſcit*, *pudet*, *piget*: ut *ſuæ quemque fortunæ pœnitet.* Cic.

118. Verbum impersonale passivæ vocis pro singulis personis utriusque numeri accipi potest, idque elegantèr: ut *ſtatur a me*, *a te*, *ab illo*, *a nobis*, *vobis*, *illis*; pro *ſto*, *ſtas*, *ſtat*, *ſtamus*, *ſtatis*, *ſtant.* Lilly.

---

112. Accidit, certum est, contingit, constat, confert, competit, conducit, convenit, placet, displicet, dolet, expedit, evenit, liquet, libet, licet, nocet, obest, prodest, præstat, patet, stat, restat, benefit, malefit, satisfit, supereſt, sufficit, vacat. *At* fallit, fugit, latet, præterit, *Accusativum.*

113. Cæpit, incipit, definit, debet, solet, *et* potest, *impersonalibus juncta*, *impersonalium formam induunt*: *ut* tædere solet avaros impendii. Quint.

PAR-

Participiorum Constructio.

119. Participia regunt casus verborum, a quibus derivantur: ut *tendens ad sidera palmas.* Vir.

120. Participiis passivis, præsertim si exeunt in *dus*, additur interdum dativus, interdum ablativus cum præpositione *a* vel *ab*: ut *mihi exorandus est.* Ter.

121. Participia, cum sunt nomina, genitivum exigunt: ut *alieni appetens, sui profusus.* Sall.

122. *Exosus, perosus, pertæsus*, activè significantia, accusativum regunt; passivè significantia, dativum: ut *exosus sævitiam*; *exosus Deo & sanctis.* Lilly.

123. *Natus, prognatus, satus, cretus, creatus, ortus, editus*, ablativum exigunt, vel cum vel sine præpositione: ut *terra (vel de, e, ex, terra) genitus.* Ov.

Adverbiorum Constructio.

124. *En* & *ecce*, demonstrandi adverbia, nominativo junguntur, rariùs accusativo: ut *En Priamus.* Vir.

125. *En* & *ecce*, exprobandi, accusativo junguntur: ut *En animam & mentem!* Juv. *Ecce autem alterum!* Ter.

126. Adverbia temporis, loci, & quantitatis, genitivum admittunt: ut *interea loci.* Ter. *Ubi locorum sumus?* Cic. *Tibi divitiarum affatim est.* Plaut.

127. Quædam adverbia casus admittunt nominum, unde deducta sunt: ut *optimè omnium.* Cic. *Huic obviam processerat.* Id. *Propiùs urbi vel urbem.* Id.

128. *Alitèr, secus, ante, post*, ablativo non rarò jun-

---

125. LOCI: Ubi, úbinam, nusquam, eo, longè, quo, úbivis, huccine. TEMPORIS: Nunc, tunc, tum, interea, pridie, postridie. QUANTITATIS: Parum, satis, abunde, affatim.

guntur:

guntur: ut *multo alitèr, paulo ſecus, multo ante, paulo poſt.*

Conjunctionum Constructio.

129. Conjunctiones copulativæ et disjunctivæ ſimiles caſus, modos, et tempora conjungunt, niſi ratio conſtructionis aliud poſcat: ut *Sócrates docuit Xenophóntem & Platónem, & vixit Athenis.*

130. *Quam* ſæpe eleganter intelligitur poſt *amplius, plus* & *minus:* ut *amplius ſunt ſex menſes.* Cic.

De modis Verborum.

131. *Ne*, adverbium prohibendi, imperativum vel ſubjunctivum regit: ut *ne ſævi, magna ſacerdos.* Vir. *Ne pòſt conferas culpam in me.* Ter.

132. *An, ne, num*, indefinitè poſita, *dummodo, licèt, utinam,*

---

130. *Conjunctiones*, autem, verò, enim, quoque, *nunquam primas obtinent in ſententiâ:* etenim, ſed, ergo, igitur, itaque, *in primâ vel ſecundâ ſede indifferenter collocantur.*

132. Subjunctivum Regunt.

An, ne, num *indefinita*, cum, dum, dummodo, licet, modo, ne, O ſi, quo, quum, quin *pro utnon, quod non, quo minus*, quippe cum, ſi, utinam, ut *pro utinam*, ut *finalem cauſam ſignificans*, ut *pro ne non*, utpote cum.

Subjunctivum vel Indicativum regunt.

Antequam, ceu, cum, *adv. temporis*, donec, dum, etſi, etiamſi, Haud ſecus ac ſi, ni, niſi, perinde, quaſi, perinde ac ſi, priuſquam, quamquam, quamvis, quaſi, quando *adv. temporis*, quoad, quòd, quia, quippe qui, quum *adv. temporis*, ſi, ſin, ſiquidem, ſimul, ſimul

utinam, et, *ut* finalem cauſam denotans, ſubjunctivum exigunt: ut *dummodo riſum excutiat ſibi.* Hor.

133. Denique omnes voces, indefinitè poſitæ, ſubjunctivum poſtulant: ut *ſtultus es, qui huic credas.* Ter.

134. Cæteræ voces, definitè poſitæ, indicativum ſolum poſtulant: ut *poſtquam exceſſit ex ephebis.* Ter.

Præpositionum Constructio.

135. Præpoſitiones hæ triginta et una inſerviunt accuſativo.

Ad, penes, * *adverſus, cis, citra, circitèr, extra,*
Erga, apud, ante, ſecus, trans, ſupra, verſus & intra,
Ultra, poſt, præter, propter, prope, pone, ſecundum,
Per, circum, circa, contra, juxta, inter, ob, infra.

136. Hæ tredecim ablativo inſerviunt:

Abs, ab, a; e, ex, de; præ, pro, cum; abſque, palam, ſine, coram.

137. Hæ ſex duobus inſerviunt caſibus:

In pro *ad, erga, contra,* & *ſupra,* accuſativum regit; *In* ſignificans in loco, ablativum.

Super pro *ſupra, præter, ultra* accuſativo; pro *de* ablativo gaudet.

Sub, ubi ſignificat motum ad locum, vel ad tempus refertur, accuſativum poſtulat; requiem in loco, ablativum.

ſimul ac, ſimul atque, ſimul ut, tanquam, tametſi, ubi, utpote qui.

133. Indicativum regunt.

An, ne, num *interrogativa,* cum *ſequente* tum, dum, donec, poſtquam, poſteaquam, quin *pro* cur non? quandoquidem, quoniam, quippe, tum *præcunte* cum, ut *pro poſtquam, & admirantis.*

* vel *adverſum.*

Subter

Subter & *clam* accuſativum vel ablativum indifferentèr admittunt.

Tenus ablativo ſingulari & genitivo plurali jungitur; et rariùs etiam ablativo plurali: ut *pube tenus. Crurum tenus. Pectoribus tenus.* Vir.

Tenus & *verſus* ſuos caſus ſequuntur; at *penes* vel præit vel ſequitur.

138. Præpoſitio ſubaudita interdum facit ut addatur ablativus: ut *habeo te loco parentis, i. e. in loco.*

139. Præpoſitio in compoſitione eundem nonnunquam caſum regit, quem et extra compoſitionem regebat: ut *detrudunt naves ſcopulo.* Vir.

140. Verba compoſita cum *a, ab, abs, ad, con, ex, e, de, in,* nonnunquam repetunt eaſdem præpoſitiones cum ſuo caſu; idque elegantèr: ut *Abſterrent a vitiis.* Hor.

Interjectionum Constructio.

141. *O*, exclamantis, nominativo, accuſativo, et vocativo jungitur:

Heu & *pro* nunc nominativo, nunc accuſativo junguntur.

Hei & *væ* dativo junguntur. *Heus* & *ohe* vocativo *Ah* & *vah* accuſativo vel vocativo.

PROSODIA.

PROSODIA.

PROSODIA eſt pars grammaticæ, quæ præcipuè de quantitate ſyllabarum agit.
Syllabæ ſunt longæ, breves, aut communes.

PRIMARUM SYLLABARUM QUANTITAS.

1. Positio.

Vocalis ante duas conſonantes aut duplicem in eadem dictione, poſitione longa eſt.

Quòd ſi conſonans priorem dictionem claudat, ſequente item a conſonante inchoante, vocalis præcedens etiam poſitione longa erit.

Interdum etiam, ſed rariùs, vocalis brevis in fine dictionis producitur, ſequente dictione a duabus conſonantibus incipiente.

Vocalis brevis ante mutam, ſequente liquidâ, communis eſt.

2. Vocalis ante Vocalem.

Vocalis ante alteram in eâdem dictione brevis eſt.

Genitivis autem in *ius* eſt *i* communis; ut *unīus* vel *unĭus*: at *alīus* genitivus ab *alius* ſemper producitur, *alterĭus* ſemper corripitur.

Genitivis etiam quintæ declinationis *e* inter geminum *i* longa fit; ut *faciēi*: alioqui brevis, ut *rĕi fidĕi*.

Fi etiam in *fio* longa eſt, niſi *er* ſequatur, ut *fīo fĭeri*.

Vocalis ante alteram in græcis dictionibus ſubinde longa eſt: ut *Pīerides*, *Lāertes*.

Etiam *āer*, *dīus*, *ēheu*, *Pompēi* & vocativi hujuſmodi producuntur. *Ohe*, *Diana*, *chorea* habent vocalem ante alteram communem.

3. Diphthongus.

Omnis diphthongus apud Latinos longa eſt, ut *āūrum*, *nēūter*, *muſæ*; niſi ſequente vocali, ut *præĭre*, *præŭſtus*.

4. Præpositio.

Præpoſitiones *a*, *de*, *e*, *ſe* producuntur; ut *āmitto*: ſed breves ſunt, ſequente vocali, ut *dĕhiſco*.

Pro fere longa eſt; at brevis eſt in *profundus*, *profugus*, *profugio*, *pronepos*, *proneptis*, *profeſtus*, *profari*, *profiteor*, *profanus*, *profecto*, *procella*, *prōcērvus*, & in Græcis dictionibus ut *propheta*.

At *pro* communis habetur in *propino*, *propago*, *profundo*, *propello*, *procurro*, *Proſerpina*.

Di longa eſt; at brevis in *dirimo* et *diſertus*.

Reliquæ præpoſitiones, ſi poſitio ſinat, corripiuntur.

5. Derivatio.

Derivata ferè primitivorum quantitatem retinent: ut ab *ămo*, *ămator*, *ămicus*, *ămabilis*, *a* brevi in omnibus.

Quædam producta leguntur a brevibus primitivis, ut *cōmo* a *cŏma*.

Quædam brevia a longis: ut *ărena* ab *āreo*.

6. Com-

6. Compositio.

Compoſita ſimplicium quantitatem retinent: ut a *cædo* producitur *incīdo*, a *cado*, *incĭdo* corripitur.

Excipiuntur hæc longis enata: *dejĕro*, *pejĕro* a *jūro*; *innŭba*, *pronŭba* a *nūbo*; *fatidĭcus*, *maledĭcus* a *dīco*; *nihĭlum* ab *hīlum*; *ſemiſŏpitus* a *ſōpio*; *ambĭtus* ab *ambītum*. *Connŭbium* habet *u* communem a *nūbo*.

7. Incrementum.

Præteritorum geminatio brevis eſt: ut *pendeo pĕpendi*.

